

SERMONES SOBRE ISAIAS 11, 1-5

[Fol. 93r] DOMIN. 24 POST PENTECOSTEM *

Concio 2

P *

Egredietur virga de radice Iesse: et filii de radice eius ascendet. Is. 11[1]

1. Crescente et invalescente idolatria et veri Dei ignorantiae in mundo, placuit Altissimo populum sibi peculiarem separare et eligere in quo veri Dei, et religio, et fides praefulgeret. *Hac de causa*, inquit THEODORETUS, serm. 10 de providentia, *iudeos dispersos per totum fere orbem voluit*, Act. 2^o [5] *ex omni natione, quae sub caelo est* etc., ut inter idolorum cultores veri Dei notitiam seminasset¹. Grassante ergo idolatria, ad se vocavit Abraham, Isaac, et Iacob eorumque prolem; hoc enim tempore electus est Abraham et separatus a Chaldaeis, ut inquit HIERONYMUS Matth. 9^o².

a M. t

1. De la mención que más abajo, p. 175 hace del Evangelio del Isa, se deduce que aquél año hubo 25 Dominicas después de Pentecostés, pues sólo en ese caso corresponde leer en la Misa del Domingo 24^o después de Pentecostés el Evangelio "Simile est regnum coelorum granum simapis, quod scripserat..." que pertenece a la Dominica 6^o después de Epifanía. Cfr. Introducción n.

2. En el frontis de cada sermon encontramos debajo de la Palabra Concio la letra mayúscula P.

3. THEODORETUS, *De Providentia Oratio Decima*. PG. B. 2706 Las palabras aunque citadas por Toledo como literales, no son sino el resumen de la mentira de Teodoretto sobre la materia.

4. No hemos encontrado esta cita.

Huic populo in illis primis patribus fecit multa beneficia super omnes populos, et ultra haec praestitit promissionem expressam de suo adventu ad salvandum mundum, tum eos, tum gentes. Promisit autem de corum semine carnem, in qua omnium salutem operatus erat, sumptum. Dedit eis circumcisso[n]em, et, post aegyptiacum captivitatem, legem mirabilem complectentem omnia, quae ad mores et quae ad humanam politiam et regimen, et quae ad religionem erant necessaria.

2. Huic populo misit omni tempore usque ad adventum suum viros electos et sanctos, qui dicebantur videntes, seu prophetae, quorum officium praecipue erat triplex: primum confirmare factam promissionem, et testificari populo adventum Christi. Hic fuit praecipuum finis illorum et omnibus communis. Diversis enim temporibus et in diversis locis et varii homines hoc unum testati sunt Act. 10[43]: *Huic omnes prophetae testimonium perlibant, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.* Praedicebant quidem prophetae multa occulta, praeterita, praesentia et futura de proximo, tamen praecipuum officium erat predicere Christum et quae in eius adventu futura erant. Ut autem fidem conciliarent sibi in hoc, quia longe distabat, praedicebant multa proxima, ut audientes et videntes complementum eorum, quae illis temporibus eveniebant, crederent verum etiam dicere in remotis, eaque etiam habitura complementum suo tempore.

3. Hoc officium fuit et Iudeis illo fine temporis, et iis etiam quibus evangelium postea praedicandum erat, multum necessarium. Cum enim nemo iudeorum salutem consequi posset nisi per fidem venturi Christi, Habac. 2[3] *veniens veniet et non tardabit. Si moram fecerit, exspecta illum. Iustus enim mens ex fide vivit [Hb 10,38]. Si se substraxerit, non placebit anima mea*^b, quo testimonio usus est Paulus Rom. 1[17] et Gal. 3[11] ad hoc probandum; opus ergo fuit viros hos probatos frequentes habere, qui illos in hac fide promissionis conservarent.

Nec solum illis, sed etiam gentibus, quibus annunciadus erat Christus, fuerunt multum necessarii. Magnum enim argumentum Christi veritatem confirmandi fuit, tot retro saeculis

^b Tal vez altera es orden de los siglos de Hab 2, 3. pero esim por auern y cambia la colocació[n] de las palabras si substraxerit se en si se substraxerit. Tales pequeñas modificaciones no las tenemos en cuenta, ni las queremos en adelante.

fuisse praenuntiatum. De quo argumento dictum est 2.^a Petr. 1[19]: *habemus firmiorum propheticum sermonem*. Appellat testimonium prophetarum firmius suo, et ceterorum Apostolorum, quod AUGUSTINUS tractatu 33. in Ioan. ^b interpretatur non in se, sed respectu infidelium, qui magis convitcebantur testimonio hominum tot saeculis retro praedicentium, quam Apostolorum de praesenti testificantum. Hacc est causa cur reliqui sint libri in manu iudeorum, ut enim inquit THEODORETUS serm. 10. de providentia ^c: tanto certius efficitur testimonium quanto magis [ab hostibus] ^d. Supra ^e ab hoc officio dicuntur prophetae lucernae in tenebris luceentes 2. Petr. 1[19] *cui bene facitis attenuantes, sicut lucernae in caliginoso loco*. Inter tenebras infidelitatis sic lucebant prophetae illustrantes venturum Christum mundo.

[Fol. 93v] 4. Secundum officium prophetarum fuit populi vita arguere, ut abiectis peccatis viverent secundum legem sibi a Deo datam. Maxime autem contra malos principum mores invehebantur, quos palam et acerbè reprehendebant. Plenus est Isaías noster per multa capita, maxime autem in primo acerrime in populum et in principes invectus est, ubi inter alia protulit [10] verbum illud: *audite verbum Domini, principes Sodomorum; auribus percipite legem Dei nostri, populus Gomorrah*, propter quod verbum, una cum alio, HIERONYMUS ibi ^f refert secundum hebreos occissum fuisse Isaiam. Pleni sunt prophetae his reprehensionibus, ut videre est, propter quas multi illorum occisi sunt, vel a populo vel ab ipsis principibus, iuxta illud Matth. 23[37]: *Ierusalem quae occidis prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt*, et in parabola vineae Matth. 21[18 ss].

5. Hoc officium etiam propter Christum venturum exsequabantur. Sciebant enim, revelante Domino, ob peccata ^g immensa

^a *Hoc est complemento la frater regio de mente de Tempore*

^b *Lectora probabile*

^c *"*

^d *"*

^e S. AUGUSTINUS, *In Iohannis Evangelium*, Tract. 33. PL. xx. 166r.

^f *l. c. 771.* Lo que allí dice Teodoro es que el testimonio de las Escrituras no preferiría precisamente los enemigos del nombre cristiano, es decir, los judíos, tanto más fuerte.

^g S. HIERONYMUS, *Commentarijones de Iohannes prophetae libro dignitatem* 1. 17 c. p. 10. PL 24. 23.

contra legem iudeos incredulos futuros Christo veniente; idcirco acriter invehebantur in peccatores et transgressores, quasi praeudentes viam sibi cognoscendi Christum, et procurabant, quantum in se erat, removere omnia impedimenta ut Christum venientem reciperent, similes vento Aquilonis noctu insufflanti, qui nubes dispergit, ut stellae et luna appareant, et sol in ortu suo videatur. Sic illi repellebant nubes et caligines viatorum, ut tunc mandata Dei et promissiones eius lucerent cordibus illorum, et sol iustitiae Christus oriens appareret eis. Iuxta quod Ioan. 3[19] dixit Christus: *Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem; erant enim opera eorum mala.*

6. Tertium officium prophetarum fuit instruere et principes et populum in multis, et quae ad religionem, et quae ad humanum statum, et quae ad particulares hominum utilitates pertinebant. Sic consulebantur in multis agendis, quae tempore belli⁸ et tempore pacis occurrebant, in quibus divinum placitum requirebatur. Sic consultus est Ieremias c. 42[1 ss] a populi principibus quo deberent fugere, et respondit ut irent in Aegyptum. Sic 3 Reg. 22[7 ss] Iosaphat consuluit Michaeam, an profecturus esset in bellum cum rege Israel. Sic ipse David 1 Reg. 23[2] constituit Dominum, an tradendus esset ab habitatoribus Ceilie. Sic 1 Reg. 9[3 ss] consuluit Saul Samuelem de asinis. Innumeris quaerebantur a prophetis, et ipsi respondebant, quae erant sibi a Deo revelata. Contra autem Deus ipse multa per prophetas populo annunciat et loquebatur, unde saepe dicebant: *haec dicit Dominus.*

Ab hoc officio dicti sunt interpretes Dei et hominum. Sic AUGUSTINUS lib. 18 civ. c. 27⁹ dicit multa prophetas illi populo annunciasse in utilitatem illius solius, quae scripta non sunt.

7. Hoc autem officium magna Dei clementia concessum est illi populo, nempe ut ab idolatria gentium praeservaretur. Ut enim dedit illis sacrificia animalium, ne declinarent ad ea quae fiebant idolis, ut docent GREGORIUS NAZIANCENUS orat. 2 de Paschate¹⁰ et AMBROSIUS epist. 72¹¹, ita cum daemones oracula

⁸ PL. 41. 584 CSEL 40, 11. 303

⁹ No hemos encontrado esta cita

¹⁰ Cfr. la nota superior.

multa et responsa darent gentibus [Fol. 94r] ut per ea deciperentur, et existimatorem illos veros Deos esse, Deus noster sua eiis oracula verissima et certissima dedit per prophetas. Ne ad illa vana et inopia populus declinaret, sed in vera religione et fide promissi Christi constans permaneret.

8. Inter insignes prophetas est Isaías. Hic tamen multa et tam distincte de Christo Dominu praedixit, ut Hieronymus in prefatione eius ad Paulam et Eustochium¹¹ et Augustinus libro 18 civ. c. 20¹² non tam prophetam quam evangelistam esse appellandum. Magna eius profecte dignitas, cuius testimonio Christus non solum unus est saepe, sed etiam concionem habuit super locum eius cap. 61[1-2]: *spiritus Domini super me etc.* ut habetur Ltr. 4[17 s].

9. Hie prophetavit tempore quatuor regum, ut ipse testatur cap. 1[1] in diebus nomine Oxiae, Ioathoni, Achaz et Ezechiae, anno pervenit usque ad quintum, scilicet Manasseni, a quo securi necessus est, ut refert Hieronymus Isa. 57 in fine¹³. Fuit tributo ante Christi adventum, nam Ezechias quartus rex, sub quo prophetavit, fuit contemporaneus Romulo, ut dicunt idem Hieronymus Isa. 1 et Augustinus libri 18¹⁴ civit. c. 22¹⁵. A Romulo autem usque ad imperium Augusti intercesserunt anni 700 et undecim. Natus est autem Christus anno quadragesimo 2¹⁶ imperii Iulius, et adhuc Isaías praecessit Romulum; inerunt ergo fere anni 760 ante adventum Christi, quando tam mira, ac si praesentia essent, praemuniciavil¹⁷.

10. Praetermissis autem ceteris omnibus, quae in nostra lectione explicanda nonnullis concionibus continentur sunt quinque. Primum est regnum Christi: *egredietur virga de radice Iesse*.

¶ Ms 5

11. *Comment. in Is. Prologus*, PL. 24, 18.

12. o. e. PL. 41, 585. CSEL 40, II, 306. Propiamente S. Agustín dice que ha sido llamado evangelista o quibusdam. Tales son vg. S. Jerónimo en su epist. 53 (103 de Vet. Edt) PL 24, 547. CSEL 54, 400 y en el proemio citado de Isaías; S. Cirilo de Alejandría en su *Oration. 1^a in Isaiam* del *Commentarius in Isaiam Prophetam*, Proseminio (al final) PG 70, 13.

13. o. e. lib. 15 c. 57 v. 1-2. PL 24, 568. Toledo dice por error in fin.

14. S. Hieronymus, *Comment. in Is. lib. 1^a c. 1^a v. 1* PL 24, 23. S. Augustinus o. e. lib. 18 c. 22. PL 41, 578. CSEL 40, III, 296.

15. Nada tiene de extraño que Toledo, siguiendo a S. Jerónimo, nos dé una fecha demasiado remota para el ministerio profético de Iesús. Ello se tiene enánimamente la visión inaugural del 6. 8^a en 739-739.

se, et flos de radice eius ascendet; secundum est regis huius perfectio: requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini. tertium est officium eius: non secundum visionem oculorum indicabit, neque secundum auditum aurium argueret, sed indicabit in iustitia pauperes, et arguet in agitata pro mansuetis terrae; notarium potentia eius: percussat terram virga oris sui, et spiritu lobiiorum suorum interficiet impium; quintum: illuminatum eius: et oris iustitia cingulum lumborum eius, et fides cinctorum renon eius.

11. *Ego dicitur virga de radice Iesse. Mos est propoletarum uti metaphoris et figuris locutionum, quia hae magis et perfectius explicant sensus et proprietates eorum, quale dicuntur, quamvis obscurior fiat sermo. Illud tamen praetulerunt obscuritati, praesertim quia obscuritas magnitudini mysteriorum congruebat. Tria maxime illis temporibus recondita praedicuntur hisce verbis. Primum est abscedendum regnum de familia David. Erant tunc temporis reges filii David, nam prophetavit Isaias, ut dicit HIERONYMUS Isa. 30¹, centum quinquaginta annis ante Ieremiam, cuius tempore fuit captivitas babylonica, anno undecimo Sedeciae, quando ablatum est regnum, et post Ezechiam, ultimum ex sua [Fol. 94v] hoc quatuor tempore Isaias prophetaesse se refert, superfuerunt sepiem reges exclusive; praenuntiavat ergo regnum abscedendum de familia David.*

12. *Hoc iulchra metaphora explicat. Adverte ergo a Iuda filio Jacob usque ad Iesse, seu Isai patrem David, nullum regem existisse in ea familia. David fuit primus rex in Iuda, et ab eo continua successione per spatium 470 sere armorum fuerunt 23 reges, 19 per linam rectam, quorum ultimus fuit Jeconias, seu Joachin, cum non²; duo vero eius patrum, fratres patris sui, cuius alter dictus est Sedecias³, qui ultimo regnauit. Est ergo metaphora arboris habentis radicem, truncum et ramos. Radices sunt omnes, qui praecesserunt Iesse patrem David, radicibus comparati, quin erant privati, et sine regno. Trunens est re-*

¹ M. ann. In dicitur ex scriptura

² Toledo sicutque vocatae Sedechias.

ges surgentes post Iesse; rami, extensa et continua successio eorum ab uno in alterum. Quando igitur regnum abscissum est, factum est velut arbor ramis abscisis, manens cum radicibus et trunco, quia familia erat regia, quamvis regem non haberet. Hoc est ergo quod dicit: *egredietur virga de radice Iesse*. In hebreo est **υγκα** quod significat truncum; indicat ergo Isaias arborem abscondendam et mansurum truncum, quia regnum abscondendum erat, sicut factum est.

13. Alterum quid praedicit est regnum hoc debete reviviscere et de iisdem familia et successione regem surrectum et egressum, qui Christus est. Hic restituet in pristinam dignitatem regiam familiam. De trunco, inquit, hoc egredietur virga. Virga enim regnum significat, ut optime adnotavit AMBROSIUS libro 3. officiorum capite 15 et HIERONYMUS epistola ad Principiam¹⁷, et habetur Psalmo 44: *virga directionis virga regni tui*. Isa 14[5]: *contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium*. Et similia verba Num. 24[17] praenunciavit Balaam de Davide figura Christi: *consurget virga de Israel et percutiet duces Moab*. Egredietur ergo virga de trunco et regia familia Iesse, quia rex surget post abscissionem hanc; quod angelus praedixit beatissimae Virginis Luc. 1[32]: *dabit ei Dominus Deus secundum David patris eius*.

Sunt qui virgam hanc interpretentur beatam Virginem, ut refert HIERONYMUS hic¹⁸. Tamen ad litteram Christi regnum intelligitur, ut multi Patres recte dixerunt. IUSTINUS in dialogo cum Thryphone, ORIGENES homilia q. i. Num., BASILIUS et CYRILLUS hic et CHRYSOSTOMUS homilia 30 Matth cum aliis¹⁹. Hanc restitutionem regni in Christo exspectabant iudei, quamvis ignorarent, quale id regnum futurum erat; unde Actos 1[6] dixerunt discipuli: *Domine, si in tempore hoc restitucas regnum tuum etc.*

14. Tertium est lux regnum evanescorum abscissum et fami-

17. S. AMBROSIUS, *De officiis ministrorum libri tres*, c. 15 (et Ms. dice 14) PL. 16, 171. S. HIERONYMUS, *Epist. 65*: *ad Principium*, PL. 22, 631. CSEL. 54, 63f.

18. a. c. l. 4^o c. II, 1-2. PL. 24, 147-148.

19. S. IUSTINUS, *Dial. cum Tryphon* cc. 86, 100 y 126. PG 6, 681; 700; 760; ed. Orio, II, 312; 358; 452; ORIGENES, *Hom. 9^o in Num* PG 12, 635; GCS 30, 697; S. BASILIUS, *Ecclesiasticus in Isaiam* PG 30, 553-554 (la autenticidad es disputada); S. CYRILLUS AL., *In Isaiam 18, 1-3*. PG 70, 309, 310; la cita de S. Juan Crisóstomo no la hemos encadrado.

liam futurum truncum sine ramis usque ad Christum, nempe post ultimum regem neminem futurum regem usque ad Christum: in ihsu enim solo separandum erat. Virga, inquit, egreditur ex trunco, truncus manebit usque ad hanc virginam. Quod etiam postea Ieremias^j cap. 22 [30] praedixit; loquens enim de Iacobia ultimo rege secundum rectam lineam, qui genuit Salathiel etc., inquit: *pone circum istum sterilem virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solinam David, et potestatem habeas ultra hi Iuda.* Dicit ibi HIERONYMUS: *usque [Fol. 95r] Christum*^k; et Ezechiel 21 [27]: *auctor fidarum*^l, et *tolle coronam, donum veniet, cuius est iudicium et tradam ei.* Propterea hoc tertium dicit, non de trunco David, sed de trunco Iesse, quia quando virga surget, erit tunc familia privata, licet de stirpe regia. Haec sunt, quae hisce metaphoricis verbis praenunciavit Isaia.

15. Adverte Christum Veteri Testamento nomine virginis significatum, et virga ipsa fuisse figuratum: loquitur de Christo et eius regno. David quadruplici virginis cum significavit. Est enim virginis contritionis, Psalmio 2[1]: *reges eos in virginem ferrea, et tauquam vas fragili confuges eos.* Est virginis directoris, Psalmio 41[7]: *virginis directionis, virginis regni tui.* Est virginis consolationis in debilibus qui utuntur ei, Psalmio 22[4]: *virginis tua et baculus tuus ipsa me consolata sum.* Est proximo virginis virtutis Psalmio 109[2]: *virginis virtutis tuae emittet Dominus ex Sina*^m etc.

16. Haec omnia de Christo et eius regno dicta sunt, siveque sacri doctores interpretantur, ad significanda multa, quae regnum Christi habet. Ipsum enim primo dicitur virginis contritionis, secundum committitionis, quod explicatur Daniele 2[44]: explicatis enim quatuor monarchiis futuris tunc et per statnam significantis, loquens de ultima, scilicet romanorum, inquit: *in diebus regnum illorum suscitabit Deus eam regnum, quod in aeternum non dissipabitur, et regnum eius alteri perdidit non tradetur: consumuet autem et consumet universa regna.* Haec, ipsam autem

j. Toledo siemper scribit Hieremias, Hierusalem.

k. Ms cylindrum.

l. Toledo siemper scribit Syon.

stabit in aeternum. Quae est communio haec? quia omnia regna huius saeculi cessabunt et peribunt cum saeculo, at regnum Christi permanebit in caelo in aeternum. Ideo virga contritionis et consummationis dicitur et virga ierrea.

17. Dicitur secundo virga directionis. Homo enim creatus est a Deo in ipsius Deum, ut trahatur in aeternum eo a quo erat. Haec est via recta, et directionis. At ipse obliquatus est, *Psalmus 124[5]: declinantes in obliquationes adducet Dominus*^m. Christus per evangelium ipsum hominem obliquatum direxit in finem, et ad viam rectam revocavit, *Luc. 1[79]: illuminavit nos oris ex alto, illuminare iis qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Virga igitur directionis est.

18. Tertio virga consolationis. Habuit homo praecipuam et maximam causam tristitiae, nempe peccatum, hoc enim est pro quo maxime tristandum est, et lugendum, inimicitiam cum Deo, amissionem regni coelestis. Reus erat aeternae damnationis, potestatem liberandi et eripiendi se non habebat. Venit Christus adⁿ destruenda peccata, ad reconciliandum eum Deo, ad redimendum et salvandum. Magna est causa consolationis et gaudii, *Luc. 2[10] gaudiam magnum annuncio vobis, quod erit omni populo, quia natus est vobis salvator.* *Isa. 40[1 s]: consolamini, consolamini, popule meus, dicit Deus vester; loquimini ad cor Ierusalem, et advocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniurias eius, suscepit de manu Domini duplicitia pro omnibus iniuriantibus eius.* Virga igitur consolationis.

19. Quarto virga est virtutis et potentiae, *Rom. 1[16]: non erubesco evangelium; virtus enim Dei est ad salutem omni credenti.* *1 Cor. 1[23 s]: praedicamus Christum Dei virtutem et sapientiam.* Quae potentia et virtus aequari potest Christo et eius evangelio, quae mundum convertit, idolatriam expulit, mores mutavit inveteratos, persuasit quae supra omnem intelligentiam sunt, induxit ad ea, quae natura hominis corrupta abhorret, nempe temporalia, honorem, res, vitam etiam propriam, con-

^m En el margen oculto: *Matth 11 [28]: venite ad me omnes, qui habetatis, etc.*

ⁿ Toledo con algunos exegetas leyó *obliquationes* que concuerda con el original hebreo y que con los LXX, pero que claramente no está en la Vulgata. Sobre esta lectura cfr. J. ECKER, *Porta Sion. Lexikon zum lateinischen Psalter* Trier 1903. 1461-1462.

temnere, superavit omnem iniuriam potestatem? Virga ergo virtutis est.

[Fol. 95v] 20. Propter haec quatuor figuratus est Christus virga Moysis. Eam enim figuram fuisse Christi testatur AMBROSUS libro 3 officiorum cap. 14²². Illa enim fuit mirae virtutis et potentiae, quae aquas convertit in sanguinem, et revocavit ex sanguine in pristinam naturam, quae devoravit serpentes magorum et fecit alia mirabilia. Fuit etiam virga directionis, quae aperuit mare, et viam fecit ut filii Israel pergere possent in terram promissionis et evadere aegyptios. Fuit virga contritionis, quae, percusso lapide, extraxit aquam et sitiens potavit.

21. Fuit etiam aliis virginis hoc idem figuratum. Nam virga Aaron, quae secca una nocte frondes, flores et fructum fecit, [Nm 17, 8] virga etiam Joseph, cuius extremitatem Iacob adoravit, virga vigilans, quam Ieronimus vidit [I, 11], Christum significarunt, ut sacri ductores varia ei multa considerantes interpretati sunt. Haec igitur virga egredietur de trunco Iesse.

22. Hodiernum etiam evangelium²³ consonat huic sententiae, nam et virginae virtutem et consolationem indicat. Virga virtutis in fermento significatur, cuius tanta fuit efficacia, ut parva quantitas tria sata farinæ fermentaverit. Consolatio indicatur in grano sinapis²⁴, quae in tantam excrevit arborem, ut aves coeli venirent et habitarent in ramis eius. Nota verbum: *haberent*, dicit enim permanentem consolationem, quae est in Christo.

23. Attende etiam verbum: *egredietur virga*; non *oriatur* dictum est, ut significaret non tunc incopisse esse Christum, quando carnem sumpsit; erat enim prius, apparuit autem de novo in carne, sicut qui egreditur e loco aut cubiculo foras, erat prius quam appareret, Mich 5[2]: *ex te egredietur qui regat populum meum*; et *egressiones eius a diebus aeternitatis*. Psal. 18[6]: *in sole posuit tabernaculum suum, et ipse tamquam sponsus egredietur de thalamo*. Sol enim prius est quam oriatur, quod etiam in evangelio hodierno significatum est; *simile est regnum coelorum grano sinapis*, quod *occipiens homo seminavit*

²¹ Tertio siemper scribere synapis

²² De officiis ministrorum illi tunc. Lib. 3, c. 15 (Ms. 14). PL 16. 171.

²³ Mt 13, 31-35. "Simile est regnum coelorum fermento..." Es el de la Doctrina 6^a después de la Epifanía.

[Mt 13, 31]. Prius perceptum quam seminatum dicitur, quia Verbum prius a Patre natum ab aeterno, quam factum curto. *Simile est regnum fermento, quod accipiens mulier abscondit in tribus satis* [Mt 13, 33], ut idem significetur et ut etiam aliud ostenderet, nempe prius praedictum et figuratum et promissum mysterium hoc, quam impletum. Egredietur ergo virga ab aeternitate in qua praeeexistebat, ab umbris et figuris legis, sub quibus erat abscondita. *I* Ioan. 1[2]: *quod erat apud Patrem et apparuit nobis.*

24. Convenienter autem virga in moatu regis est, nam et officium eorum indicat, et intentionem et maximum conservandi regnum. In primis quantum ad officium. In scriptura [Fol. 96r] duo ministeria efficit: mensurat et percutit. De priori dicitur Apocalipsi 11[1]: *datus est mihi calix similis virginis, et dictum est mihi: surge, metire templum Dei et altare.* De posteriori 2 Cor 11[25]: *ter virginis cæsus sum.* Haec sunt officia principum ecclesiasticorum et sacerdotalium.

25. Mensuratores enim sunt. Nam tria maxime debent mensurare. Unum est: ipsorum est leges, statuta, constitutiones et canones condere. Mensurant ergo et metiantur subditos, an secundum illa vivant, an deficiant in aliquo, et carent adaequare singulos secundum eorum statum regulis statutis vivendi. Alterum est: nequeunt principes per se ipsos omnia efficere, quae ad regimen pertinent; indigent ministris et officialibus et coadiutoribus. Ipse Pontifex romanus, qui universalis Ecclesiae est episcopus, a Domino accepit episcopos multos ut in partem sollicitudinis vocaret illos. Metiantur ergo quando aliquem constituunt in aliquo officio, an sit talis, qualis esse debet pro eo recte administrando, ne accidat eis quod sartoribus, qui antequam mensurant pannum, scindunt. Tertium est: solent et debent principes praemilia largiri iis quos dignos inveniunt. Metiantur ergo an praemium sit aequum merito, ne iis, qui aut nihil aut parum meriti habent, reddant quod non oportet. Utantur ergo virga mensurationalis.

26. Sunt etiam principes castigatores et percussores. Debent enim malefactores corriger, et paenit retrahere a malo, et exemplo castigationis bonos conservare. Utantur ergo virga. Attende autem in virga duo esse: et subtilis est, et longa. Subtilitate docentur ut modum servent, ne plus quam oportet castigent.

Virga enim facile potest homo comparare se ut plus aut minus percutiat. Longitudine docentur ut omnes malefactores corrigan. Virga enim longa plures simul percuti possunt. Magis enim necessarium omnes castigare leviori paena, quam unum aut alterum, quando multi sunt malefactores, graviori; quia magis timent homines et a malo perpetrando retrahuntur, quando vident omnes castigari delinquentes saltem moderate, quam unum aut alterum severe. Recte ergo iustitia in virga significatur, tam in uno quam in altero officio praedicto.

27. Virga etiam representat intentionem, nam debet esse recta. Scopula enim omnia recta sunt, non curva. Accipe virgam rectam, erige in coelum: extremitas respicit coelum; converte in homines: respicit homines; si vero curva est, quocunq[ue] vertas respicit manum habentis eam. Debet ergo princeps intentionem rectam habere, ut si tractat divina, [Fol. 96v] quaerat, quod est in honorem Dei, si humana, quod est in utilitatem hominum. Qui propriam quaerit utilitatem, virgam habet curvam, et solet accidere iis, quod evenit illis qui incurvant virgam vibrando eam, nam manum propriam percussint. Sic qui propriam inquirunt in regimine utilitatem, saepe quaerentes utilitatem, dannum patiuntur. Eadem virga modum ostendit conservandi potestatem et dignitatem: tenet eam rectam. Virga enim si recta tenetur, nullo pondere frangitur. Incurvatio est causa fractionis. Dum principes tenent iustitia rectitudinem in omnibus, conservantur in sua potestate et auctoritate; quando incurvant eam, franguntur, et minoris sunt, et sacpe pereunt et cadunt a potestate. Virga nostra, quae egressura praemuniciatur, recta omni ex parte est.

Finis

[Signe en las páginas siguientes un apéndice histórico que Toledo añade a este Sermón].

1. David	40	10. Amasias	40	19. Iosephus filius losine.
2. Salomon	40	11. Ozias vel Azarias	52	20. Eliachim frater eius seu Joachim cum in seu leconias primus ²⁴
3. Roboam	12	12. Ioathan	16	21. Joachim cum in seu le- conias filius eius.
4. Abias	3	13. Achaz	16	22. Sedecias eius pulvus.
5. Asa	40	14. Ezechias	29	Ad ingressu in terram promissionis usque ad unctionem David anni 397, nam ab ingressu usque ad aedificationem templi sunt anni 480. Fuit enim anno 3. ²⁵ Salomonis fuit habetur 3 Reg 6. Deme 40 de Da- vid, deme 3 de Salomon, remanent 397 usque ad unctionem.
6. Iosaphat	15	15. Manasses	55	
7. Ioram	6	16. Amon	2	
8. Ochozias	1	17. Iosias	31	
9. Ios	6	18. Joachaz eius filius		

Iosias habuit tres filios, Iosephus, Eliacim, Sedecias. Primus captus est a rege Aegypti, et ibi mortuus est [Rg 23, 34]. Loco eius regnavit frater eius Eliacim, dictus Joachim cum in, dictus est Ieromias²⁶. Hic captus est a babylonis et occisus in manu, de quo habetur Ieremia 23[11]: et regnavit filius eius pro eo dictus Joachim cum in, sive Ieromias secundus²⁷. Hic translatus est a Nabuchodonosor in Babyloniam, qui fuit pater Salathiel etc., de quo Ieremia 22[30] post virum istum sterilem, qui non prosperabitur in diebus suis; nec enim erit de semine eius quia

²⁴ No Joathan por error manifiesto, que más arajo corrige

²⁵ Toledo siempre escribe Ieromias

²⁶ No Salomo

²⁷ En realidad sólo hubo un Yeromías, que fue Joaquín. El mismo Toledo al insistir en que Joaquín, padre de Joaquín (=Yeromías), lleva al final, asienta la razón de porqué no hubo sino un solo Yeromías, pues Yeromías puede venir de Joaquín, porque no de Joaquín. La razón de poner Toledo dos Yeromías, es una confusión debida a su seguimiento de los LXX, que, en efecto, tanto en 4 Rg 24, 6, 8, 12, etc., como en 4 Rg 25, 27, Jer 52, 31. Ez 1, 2, identifican el nombre de ambos reyes, aunque distinto, hablando de dos Joaquín. Como uno de ellos, es decir, el segundo, o sea Joaquín, tuvo por nombre también Yeromías, de aquí que Toledo distinga entre Yeromías primero y segundo. Esta misma confusión se encuentra en el libro 1.^a de Esdras griego (3.^a latino) c. II, 41 y también en Josefo, Ant. 10, 7, 1.

²⁸ Cfr. nota anterior

²⁹ Cfr. nota anterior.

sedeat super solium David. Regnauit pro eo patruus eius, filius Iosiae tertius, dictus Sedecias, qui post undecim annos et quinque menses regni eius captus et exoculatus est, et hunc fuit perfecta captivitas babylonica. Sunt ergo viginti unus reges a David inclusive: decem et novem per lineam rectam, duo transversales, nempe Joachaz et Sedecias patruis Iacobae secundi, sterili dicti, quia non genuit reges, sed privatos, fuit tamen servatus a babyloniis, quia iuxta consilium Teremiae se tradidit babylonii.

HIERONYMUS Isa. 30^a affirmit inter prophetiam Isaine et Jeremiac intercessisse annos 150, qui si computentur ab exordiis, cum Jeremias incepit proprieitatem anno 13.^b Iosiae, ut ipse dicit cap. 1 [2], necesse est Isaiam incepisse anno 30 Oziae, ab hoc enim usque ad 13 Iosiae intercedunt anni 150.

[Fol. 97r] Isaiam serra lignea occisum a Manasse refert HIERONYMUS Isa. 57 in fine^c et idem HIERONYMUS Isa. 1^d duas causas afferit occisionis, unam secundum hebreos, quia protulit illi verba Isa. 1: *audite, principes Sodomorum; verbum Domini; omibus percipit, populus Gomorrhae.* Alterata, quia dixit Isa. 6[1]: *vidi Dominum sedentem in solio etc.*^e

[Fol. 98r] ET FLOS DE RADICE EIUS ASCENDERET

Concio 3

P

1. Supponendum nobis unum est: prophetas non omnia quae futura erant clare et aperte pronunciasse. Ea enim quae ad adventum Christi et ad eum advenientem cognoscendum necessaria

a. Et resto del folio en blanco

b. o. c. lib. p. c. 30. 1 PL 24. 340.

c. o. c. l. 15. c. 57, v. 14. PL 24. 568.

d. o. c. l. 1^o c. 1^o v. 10. PL 24. 33. Es de autor que S. Jerónimo atribuye a los judíos las dos causas: *duas causas imperfectam Iosiam, quod... et quod Dominus dicente ad Moysen: non poteris videre faciem meam auctor ait dicere: Vidi Dominum...*

erant, palam annunciarunt, ut quod venturus esset, et de tribu Iuda, de familia David, de Bethlehem, quando omnis potestas a Iuda esset ablata, et similia. Caetera vero mysteria quae futura erant, tunc tamen non necessaria cogniti, sub metaphoris et figuris verborum et sententiarum prophetarunt, quia non omnes tunc intelligebant, sed quibus Spiritus Sanctus signatus est significare, quae postea in ecclesia ipse eventus aperuit et Sanctus Spiritus per ecclesiam et sacros doctores et sapientes homines aperuit. Imo prophetae tunc non assequebantur omnes sensus verborum suorum, quos Sanctus Spiritus praeveniebat significare, ut docet AUGUSTINUS lib. 7 civi. c. 32³⁰. Intelligebant quidem quae dicebant, et assequebantur sensum Spiritus Sancti, contra Montanum qui eos arreptitos et non intelligentes quae loquebantur putabat, ut refert EPISCOPATUS haeresi 48³¹. At non sic. Intelligebant enim, at non omnes, quae Spiritus Sanctus praeveniebat, sed quidam plura, quidam pauciora, sicut et nunc non omnes doctores assequuntur in Scripturis omnes sensus, sed his hos, illis aliis Spiritus Sanctus aperit; hinc varia et multa sacri doctores docuerunt, quae invicem non sunt contraria.

2. Hoc supposito, ad expositionem accedamus. Postquam Isaías noster praedixit regnum Christi, quomodo familia Iesse in qua regnum erat depositum, erat iterum evocanda ad coronam et regiam potestate in Christo, exponit quae erit ista virga, et quis sit iste in quo reparandum est regnum. *Flos*, inquit, *de radice eius*, scilicet Iesse, ascendet. Florem appellat Christum ratione suae humanitatis. In hebreo est נֶזֶת quod, ut refert HIERONYMUS³², quidam hebraeorum sapientes existimavunt esse appellativum, ac si diceretur *nazareus de radice eius ascendet*, ut significaretur Christum de Nazareth patria futurum, et ad hunc locum allusisse divum Matthaeum quando capite 2[23] dicit: *venit in patriciam suam Nazareth, ut impleteatur quod dictum*

³⁰ *Ad partem secundum quendam*

³¹ o.c. PL. 41, 221. Es más probable que el lugar alegado de S. Agustín no prueba lo que pretende Toledo, pues allí lo que dice es que *propter iniquitatem scientes, per quendam nescientes* se anunció en el pueblo justo lo que había de suceder en la Ley Nueva. Ahora bien, esos *nescientes* probablemente son aquellos que con su persona o acciones figuraban las personas o los acontecimientos de la Nueva Ley, no los profetas que dejaban de alcanzar todo el sentido profético de sus palabras.

³² *Pension, Haer.* 38, II-X, PG 41, 896B72. GCS 31 (1902) 221-233 (ed. K. Holl).

³³ *Commissarii eorum in Iudeam lib. 4^o c. 17, 1-2 PL 29 146*

est per prophetas, quoniam nosareus vocabitur. At ipse et 70 ac Vulgata et sacri doctores non appellativum, sed commune, esse censuerunt, sic autem significat florem, quem ratione humanitatis Christum exponunt HIERONYMUS³³ hic, TERTULLIANUS libro de carne Christi³⁴ et multi alii³⁵.

3. Esse autem dictum Christum florem scriptura alia etiam docet Cantic. 2[1]: *ego flos campi.* Indicat autem hoc nomine Spiritus Sanctus multa mysteria tunc futura. Primo sumptuosum Christum carnem mortalem ac passibilem, similem nobis, Philipp. 2[7]: *in similitudinem hominum factus.* Flos enim carnis mortalitatem significat. Multo enim ante Isaia dixerat Iob 14[15]: *homo natus de nullitate, brevi vivens tempore, repletus multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur.* Flos brevissimo tempore durat et facile corruptitur. Talis est caro nostra: brevissima est vita et exposita multis periculis, quibus facilissimis de causis dissolvitur, et cum hoc ita attendimus rebus huius carnis, ac si victuri essemus mille annis et difficillime dissolveremur. Dicens ergo Isaías, flos erit, eum passibilem, mortalem et paucum tempore in hoc secundo futurum praenunciavit.

[Fol. 98v] 4. Secundo: flos emititt adorem, et cum in uno sit luce, diffundit sui notitiam per odorem. Significatur per hoc Christum suum nomen et fidem per loca multa sparsum. Fides enim et evangelium, quae est Christi notitia, mundo erant notificanda, sic 2 Cor. 2[14-5] dicitur: *odoram notitiae suae manifestat per nos in omni loco.* Bonus enim odor Christi sumus Deo. Erant enim apostoli, quorum nomen Andreas, veluti ventus qui solet deferre odores florum in loca distantia. Sic per mundum Christi fidem apostoli portarunt, Rom. 10[18]: *in omnem terram extitit sonus eorum.* Odor hic vivificans erat iis qui eo uocabantur; *sumus, impie.* [2 Cor. 2,16] *alii odor tristis ad tristem.* Huins odoris frequens est sermo in Scriptura et maxime in Canticis Cant. 4[10]: *odor vestimentorum tuorum super omnia ornatu.* Gen. 27[27]: *odor filii mei, sicut odor agri pleni.*

5. Tertio: flos indicat et officit fructum. Hac de causa flos

33. v. c. PL 24, 147-148.

34. *De curia Libavi c. 21.* PL 2, 833-834. CSEL 70 (ed. Kroymann) 243-244.

35. Cf. S. Cyriacus, in Isaia I, 1. Tom. I PG 70, 312-313; Theronius XI, 1 PG Br. arg. Prochorus Gazaeus, *Commentarii in Isaiam* PG 6, 11, 209f.

dicitur Christus indicans immensum fructum per ipsum producendum. Rom. 6[22]: *habetis fructum in sanctificationem, filium vero vitam aeternam.* Coopersio tot hominum ad Deum fructus huius floris est: corporum resurrectio. aeterna vita. fructus eius est. Ioan. 15[16. 5]: *posui vos, ut eatis et fructum affertis et fructus vester maneat.* Qui manet in me, maliuum fructum affert.

6. Quarto: flos non facit fructum nisi sui corruptione. Si enim manet in leger, non fit fructus; ut hic fiat, fructus corruptitur. Sic futurus praedicitur Christus: ut fructum in nobis faciat, mori debuit. Iean. 12[24 s]: *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, fructum nullum facit; si autem mortuum fuerit, multius fructum affert.* Isa. 53[10]: *si posuerit pro peccato animam suam, videbit longeum semen.*

7. Quinto: flos uno tempore floret et alio tempore fructus eius maturatur et perficitur. Hoc in Christo factum est. Veritatem in mundo apparuit, docuit, mortuus est pro nobis, pretium redemptiois nostrae solvit, at tunc nam fuit fructus maturatus. Post ipsius ascensionem et adventum Spiritus Sancti missi sunt apostoli, ut in mundo fructum huius floris operarentur. Tempus praesentiae Christi fuit ut primum ver, quando florent arbores, sed non faciunt fructum, sed postea. Ioan. 16⁺ [7]: *expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiiero, Paracletus non veniet ad vos.* etc. Recte igitur ratione humanitatis Christus ut flos futurus praedicitur.

8. Hic flos, de radice Iesse dicitur futurus. Repetamus quod dictum est: Iesse habuit truncum, et hic fuit regia prosapia post ipsum succedens, quae abscissa fuit in captivitate babylonica. Radix eius fuerunt praedecessores ipsius, nempe patriarchae illi a quibus ortus est, usque ad primum Adam, unde in hoc loco est distinctum vocabulum hebraeum שׂור שׂור quod radicem significat. Humanitas Christi, seu caro, ab ipsa radice procedit: ut rex est, a trunc, quia reges fuerunt; ut homo est, a radice ipsa incipit carnis origo. Quod Matthaeus cap. 1[1] aliis verbis significavit: *generatio, inquit, Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Filii David, quia ut rex a rege est; at ut homo etiam ab Abrahame, et Lucas cap. 3[23-38] usque ad Adam processit.

[Fol. 99r] 9. Dicitur autem *ascendet*. Quod nulla nobis indicat. Primo quidem progressum carnis, quia ab infantia ad pueritiam et per alias aetates progressura erat. Isa. 53 [2] *ascendet sicut virgulum coram eo*. Luc. 2 [40]: *puer autem crescebat et confortabatur*. Secundo quia ascendet supra radicem, quia erit maior omnibus patriarchis et patribus eius. Rom. 9 [5]: *quorum sunt patres, et ex quibus est Christus, qui est super omnia benedictus Deus in saeculo*. Tertio ascendet supra truncum, quia regnum Christi multo perfectius et amplius erit, quam regnum David. Isa. 11 [7]: *multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis*. Psal. 71 [8] *dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminac usque ad terminos orbis terrarum*. Quarto **Indicat** mirandum progressum Christi, nam a principiis parvis in hoc saeculo progressus est quantum ad regnum eius in maximos; incipit hodie vocare quatuor homines et alios paucos addidit, et sic parvo tempore eius regnum dilatavit per mundum. Matth. 13 [32]: *sicut granum simapis minimum est omnibus operibus, cum autem crederit, etc.* Praeterea ascendit, quia incipiens regnum in hoc saeculo, consummabit in aeternum in altero. Regnat hic in terra in hominibus, regnaturus in eis in caelis sine fine. Isa. 9 [7]: *super solium David, et super regnum eius sedebit, ut conservet et corroboret illud in iustitia et veritate, a modo et usque in aeternum*. Nota *a modo et in aeternum* Luc. 1 [32 s]: *regnabit in domo Jacob in aeternum, id est, usque ad finem mundi in ecclesia, et regni eius non erit finis*. Ascendet ergo, incipiet quidem, sed mirandas progressiones faciet. Propterea recte florii in principio comparatur, sed florii, non carenti, sed ascendentii

10. Hinc fit, ut si progressus in hoc saeculo conferatur ascensioni alterius saeculi, totum hoc sit flos, et primum ver; at si progressus huius saeculi comparatur principio, quando advenit, sit fructus, illud autem principium sit flos; idecirco iusti dicuntur nunc fructificare, et florere, Colos. 1 [10]: *in omni opere bono fructificantes*. Psalmo. 91 [14]: *plantati in domo Domini, in atriis Domini florebunt*. Florent respectu eius, quod sperant; fructificant respectu eius quod acceperunt, ac respectu utriusque adveniens Christus flos est, et tempus eius primum ver.

11. Idecirco sub hac metaphora adventus eius descriptus est

¹ Asi ei Ms. donde la Sist. Clermontina dice: in atriis domus Dei nostri

mirabiliter a Salomonem Cant. 2 [12 s]: *flores, inquit, appareturunt in terra nostra, tempus putationis advenit; vox turritis auditu est in terra nostra; ficus protulit grossos suos; rurbe florentes deferunt odorem suum.* Flores hⁱ Beatisima Virgo et Christus sunt. Vere filius illa quae fructum fecit, de quo dictum est Iac. 1 [42]: *benedictus fructus canticis tuis.* Hic vero vere flos, qui fructuum vitae aeternae attulit. Recte autem apparetur, quasi numquam antea visi homo deus, et virgo mater, mulier sine peccato.

12. *Putationis tempus advenit.* Solent enim in principio veris putari arbores; sic tempore adventus Christi putata est lex, praecissi rami illi caeremoniarum, sacrificiorum et iudiciorum, manente trunco fidei in Christum et ramis mandatorum moralium. Nomen hebraicum פָּרִים significat etiam cantus. Tunc enim solent aves cantare; tempus cantus ergo advenit, cantus, inquam, illius angelorum numquam auditu^o: *gloria in excelsis Deo; et in terra pax hominibus bonae voluntatis* [Lc. 2, 14].

[Pol. 99v] *Vox turritis auditu est.* Turtur hic Johannes Baptista est, gemitus ut turtur. Vox eius erat: *poenitentiam agite, appropinquavit regnum caelorum* [Mt. 3, 2].

13. *Ficus protulit grossos suos.* Ficus synagogam significat illam; sic enim GREGORIUS lib. 8 cp. 42^v interpretatur illud Matthaei 11 [19; Mc. 11, 13]: *invenit ficum nihil habentem praeter folia,* ficus quae non faciebat fructus perfectos^v, quia nihil ad perfectum adduxit lex. Haec iam protulit grossos suos, nimirum apostolos et discipulos Domini, qui de media erant synagoga, vere grossos, qui nondum acceperant dulcedinem perfectam Spiritus Sancti, donec Christus ascenderet. Tales erant, quando hodie vocati sunt Petrus et Andreas Iacobus et Joannes: nunc grossi, sed postea dulcissimi ficus et fructus Deo et mundo; dum autem tempus veris est, Christo præsente, grossi erant matrarentes, sed nondum maturi, donec sol Christus ascenderet. *Faciam, inquit, [Mt. 4, 19] vos pescatores, sed non modo.*

^o Ms. nuditus
^v Ms. perfectum

14. *Vineae florentes dederunt odorem suum.* Vineae sunt illae figurae, sacrificia, umbrae, prophetiae, promissiones quae Christum continebant et adumbrabant, qui vitis erat futurus, Ioan. 15 [1]: *ego sum vitis vera*, et Num. 13 [24] significabatur illo palmita uvarum vecte ac duobus portato ex terra promissionis. Christo adveniente floruerunt et odorem emiserunt, quia iam implebantur et verificabantur illa omnia; idecirco toties Christus allegabat prophetas et scripturas, Luc. 4 [21]: *hodie impleta est haec prophetia. Oportet etiam impleri omnia, quae scripta sunt de me* [Lc. 24, 44], et Matthaeo 11 [4 s]: *dicite Iohanni: ecce florent vineae, ecce odorem emititur.* Recte igitur filii de radice ascendet.

Et requiescat super eum spiritus Domini.

15. Hoc est secundum quod prophetia docet, nimirum, quae et quanta sit huius virgae et floris perfectio. Inquit ergo, *requiescat spiritus Domini super eum.* Hic spiritus ueste Spiritus Sanctus, qui Domini dicitur, quia a Patre et Filio procedit, et quia ies est consubstantialis. De hoc ipso Christus dicit per Isai. cap. 61 [1 s], et Luc. 4 [18] interpretatus est: *spiritus Domini super me.* Hic est ille de quo angelus Luc. 1 [35] dixit de conceptione Christi loquens: *Spiritus Sanctus superveniet in te.*

16. Hic requiescere super Christum hominem dicitur propter quatuor. Primum est: unio ipsa realis: nam essentia et natura Spiritus Sancti, quae eadem est Patris et Filii, unita est illi humanitati non in persona Spiritus Sancti, sed in persona Filii, et hac de causa dicitur Christus unctus Spiritu Sancto, Actorum 10 [38]: *quo modo unxit eum Deus Spiritu Sancto*, et Isa. 61 [1 s]: *Spiritus Domini super me, eo quod unxit me*. Psalm. 44 [8]: *unxit te Deus tuus oleo laetitiae praे participibus tuis.* De hac requie dicitur Eccli. 24 [12]: *qui creavit me, requievit in tabernaculo meo* et Colos. 2 [9]: *in quo habitat plenitudo divinitatis corporaliter.*

17. Secundum est plenitudo virtutum et effectuum Spiritus Sancti. Illa enim humanitas accepit omnem gratiam, virtutem, donum et perfectionem Spiritus Sancti; sicut enim liquor dicitur quiescere in vase, quando implet vas, quando enim non est impletum, agitatur aqua seu liquor infusus, sic propter hanc plenitudinem dicitur Spiritus Sanctus requiescere in eo. Ioan.

1 [14. 16]: *habitavit in nobis plenaria gratiae et veritatis. De plenitudine eius acceptimus omnes.*

18. Tertium est inseparabilitas et permanentia. Ut enim id non dicitur quiescere in aliquo, a quo modo [Fol. 100c] recedit, modo advenit, sed in quo manet, sic Spiritus Sanctus manebat in Christo; nem unio naturae inseparabilis erat, quia, semel facta, numquam dimissa est nec dimovetur. Dosa etiam et gratiae ac effectus Spiritus Sancti permanescunt et permanebunt in Christo. Iusti non habent immobilitatem: modo percant, modi inste agunt; qui stat videat ne cadat [1 Cor. 10, 12]. Ideo in eis hoc saeculo non perfecte quiescit Spiritus Sanctus; in Christo vero sic. Ioan. i [33]: *super quem videris Spiritum descendenter et inuenientem, ipse est qui baptizat in Spiritu Sancto.*

19. Quartum est libertas perfecta operationis. Quando aliquis est inclusus in carcere, non dicitur requiescere, sed detineri, quando vero liber est, ut quocunque voluerit eat, et quod libenerit faciat, tunc quiescat. Sic Spiritus Sanctus in Christo quiescebat, otia quacumque operabatur, loquebatur, cogitabat, et agebat Christus ut homo, totum erat a Spiritu Sancto. Iusti habent intra se Spiritum per gratiam, tamen non quidquid faciunt a Spiritu Sancto est. Ideciru non dicitur Spiritus Sanctus perfecte quiescere in eis; requiescat, ergo, super eum Spiritus Domini.

20. Magna profecto necessariaque principi virtus et perfectio habere Spiritum Sanctum in se requiescentem. Nemo quidem est in quo Spiritus Sanctus requiescat, ut in Christo, cum omnes simus homines peri et inferiores nullo Christi perfectiōne et gratia. Tamen etiam in nobis modo quodam requiescit et habitat Spiritus Sanctus. Si enim ita non esset, non diceret Petrus 1 evist c. 2 [14]: *Spiritus, qui est uis, requiescit in nobis*^x. Etiam Paulus Rom. 8 [11] *excitat mortalia corpora vestra*^y, *per Spiritum eius habitantem in nobis*. Est ergo Spiritus Sanctus in homine; non solum est, sed etiam habitat; non solum habitat, sed etiam quiescit. Est per fidem 1 Cor. 13 [3]: *uento habet est dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. Habitat per fidem, gratiam et dilectionem perfectam. Ephes. 3 [17]: habitat*

^x *in nobis*

^y *in nostra*

Christum per fidem in cordibus vestris, Rom. 5 [5]: diffusa est gratia in cordibus vestris per Spiritum Sanctum, qui datus est vobis. Origenes loco. 6 in Num. 9 dicit non dici requiescere aut habitare Spiritum Sanctum nisi in bonis. Requiescit enim per inoram, quando iustus in gratia accepta perseverat, atque etiam requiescit per gratiae exercitium perfectum. In aliquibus ergo est, sed non habitat; ut aliis habitat, sed non requiescit; in aliis omnia habet.

21. Quoniam autem necessarium sit Spiritum Sanctum habere quiescentem in se omnibus, maxime vero principibus, ostendit ille magnus princeps et rex Psalmus 50 [13] quia dicebat: *spiritum sanctum tuum ne auferas a me, et filius Salomon Sap. 9[17]: sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et misericordiam sanctum tuum de altissimi?* Sunt enim in omni principatu et gubernatione quatuor praecipua quae faciunt difficultatem eum et nequeunt exerceri convenienter sine Spiritu Sancti assistentia.

22. Primum est incertitudo remedium quae infinitis negotiis excurrentibus applicantur: hoc enim est unum praecipuum in gubernatione, iis quea occurunt apta remedia applicare, vel quae impediunt futurum malum, vel quae praesens avertant, vel quae ad bonum futurum promoveant, vel praesens conservent. Est maxima difficultas in iis applicandis accommodate, sicut medicus in accommodatione mediorum infirmitati et morbo iuxta complexionem aegroti magnam habet difficultatem. Oria multa ignorantur, et ex parte remediorum et ex parte negotiorum et ex parte circumstantiarum, necessaria est Spiritus Sancti directione: quae aliquando facit, ut quae minus videbantur accomodata data, prosint; et quae determinet principis voluntatem ad id capendum, quod ad rem facit. In hume sensum est illud Salomonis Proverbiorum 21 [1]: *sicut divisiones aquarum, sic cor regis in manu Domini; quocumque volet inclinabit illud.* Humana prudentia, consilia, prosunt, sed in multis omnino deficit, et Spiritus Sancti assistentia opus est. Prudentia enim, quae una est ex necessariis in principe destituta hoc Spiritu Sancti auxilio patrum potest, imo aliquando nocet.

lectio propositio

[*fol. 100v*] 23. Secundum est difficultas in mandando executioni quae ordinata sunt; occurunt enim multa impeditamenta, quae solent retrahere animos principum ab executione. Sup. 9 [14]: *cogitationes hominum timidae, et prouidentiae curiae incertae.* Dicuntur incertae providentiae propter incertitudinem remediiorum, timide propter difficultates retrahentes. At Spiritus Sanctus suo auxilio facilitat executionem et viam aperit ut fiat quod difficillimum et saepe impossibile apparebat.

24. Tertium est exitus eorum quae executioni mandantur. Non est in principium manu illa positus exitus eorum quae dispiciunt, saepe contraria evenit eorum quae intendunt. Et Spiritus Sanctus est in cuius manu positi sunt exitus. Prover. 21 [31]: *equus paratur ad diem bellum, Dominus autem datus salvator,* et *Psalmus 32 [17] fallax equus ad salutem, in abundantia virtutis suae [non] salvabitur.*

25. Neverunt gentes sicut fide tres has difficultates. Idecirco dixerunt principiis debere esse prudentiam et industrium et fortunatum. Duo priora possuerunt in hominibus, at tertium neverunt esse Dei, fixerunt tamen fortunam Deam, cuius erat exitus et eventus rerum certare. Tamen in omnibus deceptae sunt. non nec humana prudens, nec industria sufficit, nisi Deus dirigat animum principi. Fortuna autem vanum signum est. Est nomen Dei et Spiritus Sanctus qui dat exitus rerum, quos non pertingit humana potentia.

26. Quartum est rectitudinis cognoscendae et faciendae difficultas; in omnibus enim dispositionibus quaerendum est rectum et iustum, nam gubernatio, quae iniquis utitur mediis, tyrannis quedam est; rectum autem conservare in omnibus gubernationem efficit aediam; ideo in principio est necessaria iustitia. At haec non sufficit nisi ars sit spiritus iustitiae, de qua dicebat David Psalmus 50[52]: *spiritum rectum immo in visceribus meis.* Nota verbum. Non satis est ore et verbis habere rectitudinem, nec scriptis, condendo leges sanctas, etc., nec operibus operando recta, sed habere rectitudinem in visceribus, quod tunc fit, quando rectum sit amore rectitudinis, non humanis respectibus, aut propriis commodis, et praeterea quando semper fit; sicut enim gerit homo semper secum viscera, ita et rectum semper facere debet. Valde ergo necessarium est principibus habere quiescentem Spiritum in eis, eo modo quo quiescit in homine. Nemo enim ascen-

det ad eam perfectionem secundum quam dictum est: *resquiesceret super eum Spiritus Domini*".

[Fol. 101r] SPIRITUS SAPIENTIAE ET INTELLECTUS

Concio 4

P

1. Explicat propheta, quos effectus efficiat Spiritus Sanctus requiescens in humilitate Christi. Sunt autem aliqua praenotanda. Unum est hos enumeratos spiritus esse septem, seu septies numerari Spiritum. Ita senserunt omnes antiqui Patres, HIERONYMUS in praesenti, GREGORIUS Nazianzenus oratione in sanctam Pentecost., et ante eos ORIGENES hom. 6 in Num., et TERTULLIANUS lib. 3 contra Marcionem, AMBROSIUS sermone 5 in Psalmum 118 versic. 6, et postremo GREGORIUS lib. 20 Moralium capite 16 cum aliis multis^a. Nec refert unum bis repeti. Illud enim *spiritus pietatis* in hebreo est idem nomen cum illo *spiritus timoris*. Quod recentiores quosdam fefellit, nam nomen timor in hebreo ΤΟΦΕΙΟΝ^b et pro pietate seu religione, et pro timore accipitur in Scriptura, ut ibi ostendemus.

2. Alterum est unum et cunctum esse Spiritum Sanctum, qui haec omnia efficit; quae enim effecta sunt, septem sunt, intellectus, sapientia, etc. Tamen Ions et principijs eorum unicum est Spiritus Sanctus. 1 Cor. 12[4-6]: *divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus, et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, etc.*

a. Signe fol. 100 tunc solitamente con blanco
b. Ms. 111, 14, 14, 14

38. S. Hieronymus, In Is. lib. 4 c. 11. 1-2 PL 24, 149. S. Gregorius Naz., Orat. 42^a (in Pentecosten) PG 36, 332, 345; Origenes v. c. PG 12, 608-609 CCS 39, 33; TERTULLIANUS, Advers. Marc. lib. 3^a c. 17 PL 2, 373, ed. Uebler II, 145. S. Ambrosius, Expositio in Psalmum 118, 38 PL 15, 1332 CSEL 62, 104; S. Gregorius M., Moraliz de Iob lib. 29^a c. 31 PL 70, 555-556 (et c. 36 de Iob edit. recensiones, es decir, desde la de Coccii [Koch], n. 1551 en adelante).

3. Tertium est hunc septemplicem spiritum ab Isaia enarratum proprium fuisse Christo, nemini praeter ipsum concessum. Ita expresse docent Patres allegati, ORIGENES, TERTULLIANUS, HIERONYMUS et GREGORIUS³⁹. Significatur enim plenitudinem omnium gratiarum et donorum ac virtutum Spiritus Sancti, hoc numero significatam, Christo concessam fuisse, caeteris per partes 1 Cor 12 [8-10]: *alii datur sermo sapientiae, ali sermo scientiae secundum eundem Spiritum, ali gratia sanitatum, ali operatio virtutum*, etc. Diversa ergo sunt collata dona et gratiae diversis. Haec, inquit *operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*. At in Christo omnis plenitudo est, Ioa. 1 [14. 16]: *habitavit in nobis plenum gratiae et veritatis. Et de plenitudine eius omnes accepimus*, non plenitudinem, sed de plenitudine. Simile est illud Zachariae 3 [9] de petra illa in qua erant septem oculi, ut HIERONYMUS et GREGORIUS locis citatis⁴⁰ affirmant. Id etiam ratio demonstrat. Si enim Christus praeceteris omnibus habuit in se Spiritum requiescentem, cum illa humanitas esset unita divinitati Spiritus Sancti in unitate personae Verbi, debuit supra omnes participare effectus ipsius. Habuit enim in se fontem ipsum gratiarum. Textus id etiam indicat, nam de iis quae propria huius regis sunt, loquitur.

4. Non tamen per hoc negandum est in iustis in quibus Spiritus Sanctus per fidem et gratiam inhabitat, etiam hanc septemplicitatem reperiri, si non ita perfecte et eo modo quo in Christo sunt, tamen quodam modo, unde theologi et sancti septem dona Spiritus Sancti iustis concessa confitentur, et idem GREGORIUS, qui loco citato⁴¹ affirmavit soli Christo septemplicitatem hanc esse concessam, tamen libro 1 Moralium c. 13⁴² exponit hunc eundem locum et applicat septem donis iustorum, dicitque esse figurata septem filiis Job, cum quibus erant tres filiae. Sic ista dona septem coniuncta reperiuntur virtutibus illis primariis, fide, spe et charitate, imo multa ex iis, si non ita perfecte, tamen quodam etiam modo in peccatore sunt, quamvis

³⁹ ORIGENES 1. c. PG 12. fol. 60c GCS 30. 33; TERTULLIANUS 1. c.; S. HIERONYMUS 1. c., S. GREGORIUS 1. c. cfr. 519.

⁴⁰ 11. cc.

⁴¹ Cfr. nota 39.

⁴² *Moralia in Job* 1b. 1st c. 27 PL 75. 544 (et cap. 10 cfr. ms. Toledo, 1006 et 12 de Recuviere, no. ej. 13).

non ut dona Spiritus Sancti, quae iustorum sunt. Aggrediamur singula explicare, incipiemusque ab imperfectis ad perfecta, quia illa notiora sunt, quomodo scilicet sint in homine, quomodo in iusto, quomodo denique in Christo.

5. *Spiritus, inquit sapientiae et intellectus*. Sunt haec distincta et multiplicia. *Intellexus* hoc loco non significat prouentiam animae quae dicitur intellectus; sic enim est in omni homine etiam insensato, et in infanti. Ubi enim est anima rationalis, ibi est intellectus potentia. Sed significat quandam perspicacitatem, capacitatem, qua homo facile concepit quod audit, aut legit, aut invenit, iuvatque multum ad disciplinam et inventionem et ad negotiationem et conversationem humanam. Etiam italice dicimus: *ei homo magni intellectus*.⁴³ Sic accipitur [Fol. 101v] Matth. 15 [16-17]: *adhuc et vos sine intellectu estis? non intelligitis quia omne quod per os intrat, in ventrem vadit?* Sapientia autem accipitur pro quadam promptitudine rectum iudicandi de rebus occurrentibus. Vocamus hominem boni iudicii, qui promptus est rectam facere existimationem de rebus. Sic accipitur Proverbiorum 21 [22]: *civitatem fortium ascendit sapiens et Prov. 10[8]: sapiens corde praecepta suscepit.* Haec duo adeo sunt distincta, ut unum sine alio inveniri possit. Nam sunt homines bona capacitatibus et qui penetrant omnia quae audiunt, et inveniunt multa per se, tamen nesciunt indicare et recte existimare de singulis: solemus enim interrogare et respondere sic: *intellexisti?* et responderet: *sic;* iterum dicimus, *quid tibi videtur?* et aliquando respondet *nescio:* sunt ergo distincta, imo unum sine alio aut nocet, aut inutile est, mutuo autem se perficiunt. Quid enim prodest capere et penetrare multa, nisi ad sit iudicandi virtus? In Scriptura vero utrumque distinguitur, quia distincta sunt, ut Psalmo 93[8] *intelligite, insipientes in populo;* et *stulti, aliquando sapite,* et Deuteronomio 32 [29] *utinam saperent et intelligerent.* Simil autem coniunguntur quia mutuo se perficiunt, ut in dictis locis, et tunc spiritus sapientiae et intellectus utrumque simul perfectum quid habent.

6. Quantum autem in gubernatore et principe haec sint ne-

a. *Lectura difusa*

43. Nu sono la frase en italiano.

cessaria. ut intellectu pollet et iudicio seu sapientia. Scriptura docet Sap. 6 [26]: *rex sapiens, populi stabilimentum*, et Eccl. 4 [13]: *melior est puer pauper et sapiens rege sene et stulto*. Eccl. 10 [3]: *rex insipiens perdet populum suum; et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium*. De intellectu vero Psalmo 2[10] et nunc, reges, intelligite; eruditimi, qui iudicatis terram. Recta connexio est: qui pollet intellectu, facile eruditur, et capit omnia quae proponuntur negotia. Sic intellectus et sapientia inveniuntur in malis etiam hominibus, sed non spiritus sapientiae et intellectus.

7. Est tamen alia sapientia et aliis intellectus spiritualis, de quibus dicitur Colos. 1 [9]: *postulantes ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spirituali*. Est autem intellectus spiritualis, quoddam lumen spirituale, quo res divinas et spirituales penetramus; si sicut audimus et intelligimus intellectus potentia quae legimus et sentimus de spiritualibus, ita penetraremus et quadam perspicacia intueremur, multum aliter operaremur. Audimus et fatemur vanitatem rerum temporalium, et intelligimus pondus et magnitudinem rerum spiritualium, vitae incertitudinem, periculi magnitudinem; at non penetramus; quando Dens aliquando dignatur lumen aliquod infundere, quam diversa haec apparent ab iis, quae communiter perspiciuntur. Intellectus igitur spiritualis est quo perspicimus et penetramus spiritualia, sapientia autem qua recte et perfecte existimamus et iudicamus de iis rebus, quod iudicium nemo facit nisi qui intellectu spirituali pollet. Haec sunt quae Paulus desiderabat colossensibus, quam rem Ephes. 1 [17 ss] optime exposuit dicens: *Deus pater Domini nostri Iesu Christi gloriae, dedit vobis spiritum sapientiae et revelationis in agnitione eius: illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit spes vocacionis eius et quae divitiae gloriae haereditatis eius in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credidimus*, id est quanti referat, et quam magnum sit esse christianum, et quanta sint bona promissa, et quanta virtute Dens usus sit ad extollendum intellectum nostrum ad fidem et invaniam infirmitatem voluntatis nostrae ad Dei dilectionem. Nota loqui cum creditibus et eis desiderare sapientiam hanc et intellectum, quam appellat revelationem, quia non omnes credentes haec ha-

bent: haec a solo Spiritu Sancto sunt, ideo spiritus sapientiae et spiritus intellectus dicuntur.

8. Christus Dominus noster multo aliter habuit intellectum et sapientiam hanc, qm̄ omnia non solum in verbo et visione divina penetrabat et videbat, sed etiam in scipsis, lumine perfectissimo, et adeo lucido ut occulta cordium [Fol. 102r] inspiceret et intelligeret apertius quam unusquisque intelligit, quae in proprio corde habet; iudicium eius et sapientia generalissima et infallibilia ac adaequatissima. Ideo dictum est de eo Ieremia 23 [5]: *suscitabo David gerumen iustum, et regnabit rex, et sapiens erit.* Requiescat ergo super eum spiritus sapientiae et intellectus, et sicut habet super omnes sapientiam et intellectum, ita rex regum omnium.

9. *Spiritus consilii et fortitudinis.*

Consilium est actus quidam prudentiae. Est autem quaedam inquisitio meliorum ad propositum aliquem finem consequendam, quo media inquirantur et conficiuntur in ordine ad finem, cuius finis seu terminus est medi electio accommodati ad finem, illum. Ecclesiasten 32 [24]: *fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pacifilebis.* Recte autem connectitur consilium cum praecedentibus, nam ad media inquirienda necessarius est intellectus, et ad electionem necessarium est iudicium et sapientia. Aliter enim recta et accommodata electio non efficitur. Praeterea qui recte intelligit et sapit, consilio utitur et suo et aliorum, iudicat enim sibi esse necessarium. Proverbiorum 12 [15]: *qui sapiens est, audit consilia.* Proverbiorum 13 [10]: *qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.* Quantum autem sit necessarium consilium et proprium et aliorum gubernatoribus et principibus, docet Salomon Proverbiorum 24 [16]: *erit, inquit, salutis ubi multa consilia, et Proverbiorum 15 [22]: dissipantur cogitationes, ubi non est consilium; ubi sunt plures consiliarii, confirmantur.* Ut enim discursus ad scientiam, ita consilium ad rem assequendam necessaria sunt.

10. Est autem fortitudo vigor animi ad aggrediendum et perficiendum, quod consilium stabilitum est. TERTULLIANUS libro 3. contra Marcionem legit: *spiritus vigoris.* AMBROSIUS sermone 5 in Psalmum 118 versic. 6 legit: *spiritus virtutis.* Si-

militer IRENÆUS libro 3 c. 10⁴⁴. Cōiungitur autem recte consilium fortitudini, nam fortitudo sine consilio in temeritatem cedit, consilium autem sive fortitudine imitile est, quod eleganter GREGORIUS lib. 2 moralium c. 16⁴⁵ docens inquit: *vile est consilium, cui fortitudinis robur deest*, quia quod tractando invenit, viribus carens, usque ad perfectionem operis non perduxit. Haec Gregorius. Complementum ergo prudentiae est in fortitudine qua ad opus perducitur, quod prudentia agnitiuni est. Atque in principe non minus est necessaria fortitudo haec, quam consilium, nec unum sine altero perfectum esse potest, et huc ex praecedenti sequitur. Proverb. 24 [5]: *qui sapiens est, fortis est.*

11. At est aliud consilium, et fortitudo spiritualis, quae appellantur spiritus consilii et spiritus fortitudinis. Hoc enim consilium non respicit media in ordine tantum ad fines naturales, sed etiam in ordine ad Deum ipsum; rursus aliquando pertingit in eisdem rebus temporalibus, quo consilium naturale solum non pertingit, et invenit, quae ratio naturalis non attingit; rursus in spiritualibus rebus inquirit, quae ad finem verum faciunt, quo consilio perfecto iusti soli gaudent, omnis enim peccator sine consilio est, qui non sibi consultit, nec media capit, quae capienda sunt. Hoc facit spiritus consilii.

12. Est etiam fortitudo spiritualis, quae innititur Deo et ipsius virtute. Proverb. 14 [26]: *in timore Domini fiducia fortitudinis*, per quam dicitur [Ex. 15, 2] *fortitudo mea et laus mea Dominus*, qua vincuntur tentationes et ardua opera gratiae peraguntur, et temporalia etiam miro vigore tentantur, pertingentes ad ea quae fortitudo naturalis et moralis non attingit, de qua Philip. 4 [13] dicitur: *omnia possum in eo qui me confortat*. Haec est spiritus fortitudinis et perfecte non est nisi in iustis.

13. At longe alio modo spiritus consilii et fortitudinis in Christo requievit. Haec enim sunt duo illa inter alia nomina, quae Christo futura idem Isaías capite 9 [6] praecedenti pra-

44. TERTULLIANUS, Adv. Marc. lib. 3¹ c. 17 PL 2, 373, ed. Oehl. II, 145. S. AUGUSTINUS, *Expositio in Psalmodiam* 118, 38 PL 25, 1332, CSEL 62, 104. S. IRENÆUS, *Adv. Haer.* lib. 3¹ c. 10 (PG c. 939) PG 7, 871 (en nota dice que las ediciones de Erasmo, Gallandi etc., ponen "virtutis" en vez de "fortitudinis"), cf. W. HARVEY II, p. 29.

45. Moralia in Ioh lib. 1¹ c. 32 PL 73, 547 (c. 12 de Recensore), no 26 como dice Toledo).

dixit: *vocabitur*, inquit, *nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis*. Consiliarius, quia spiritus consilii requievit in eo, *fortis* propter fortitudinis spiritum. Consideremus igitur quare dictus sit consiliarius. *In primis* in Christo homine non fuit consilium sicut in nobis, ut docet DAMASCENUS lib. 3 de fide cap. 14⁴⁶. Nos enim utimur inquisitione medii, quia ignoramus multa, invento autem medio fit electio; at Christus non indigebat inquisitione, utpote nihil ignorans, sed dicebatur consilio uti quantum ad mediorum iudicium et usum. Non ergo spiritus consilii fuit in eo, ut in nobis. *Praeterea* ipse novit consilium illud Dei admirabile et occultum redemptionis nostrae. Elegit enim et decrevit salvare hominem per noctem nivigeniti Filii sui in sumpta carne, quod consilium novit ab aeterno, ut Deus, novit ut homo in instanti carnis assumptionis, et adultus manifestavit nobis, ob idque dictus est *magni consilii angelus*, ut recte dixit TERTULLIANUS lib. de carne Christi⁴⁷. *Praeterea* novit omnia Patris consilia, quae disposuit in singulorum omnium salute, de quo consilio dictum est Ephesios 1 [11]: *praedestinatio secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae*. *Praeterea* ipse consilia Patris ad opus perduxit, et perducet. Ideo consiliarius est, ut dicit ATHANASIUS libro de beatitudine filii Dei⁴⁸. *Dominum consiliarius est* quia omnia media, quae ad salutem nostram necessaria sunt, et fecit et docuit. Requievit ergo in eo spiritus consilii super omnes homines.

14. Requievit etiam spiritus fortitudinis in eo, quia fortis vocabitur. Fortis est *in primis*, quia fortis daemonem et a nomine superabilem ipse vicit et superavit. Math. 12 [20]: *quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et vasa eius diripere, nisi prius alligaverit fortem, et tunc domum illius diripiet?*, et Luc 11 [21 s]: *cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet, si autem fortior illo superveniens viscerit illum, universa arma eius auferet*. Praeterea fortis, quia ita suos electos sustentat ac protegit, ut nulla adversaria potestas praevalere contra eos possit, Ioan. 10[28]: *ego vitam aeternam do eis, et non peribunt in aeternum, et nemo eripiet eas de manu*

46. *De fide orthodoxa* lib. 3^a c. 24 PG 94, 1014, 1043.

47. *De carne Christi* c. 14^a PL 2, 803-824 (SEL 70, 226 sed. Kreywurm 1902).

48. No hemos encontrado este escrito entre los de S. Aranazan.

mea. Praeterea, fortis, quia quamvis mortaliter carne indui voluit, ita tamen fortiter agebat, ut nisi animam ipse deportare a corpore voluisse, nihil posset id unquam efficere. Ioan. 10 [18]: *nemo tollit eam a me; potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam.* Præterea fortis, quia mortem et passionem acerbissimam pro nostra salute non recusavit, ut vere dici possit illud Canticorum 8 [6 s]: *fortis ut mors dilectio; aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Requiescat ergo super eum spiritus fortitudinis.

15. *Spiritus scientiae et pietatis.*

Scientia quae est rerum humanarum cognitio, quae etiam complectitur experientiam, et pietas, quae est cultus et religio veri Dei, in hominibus reperiuntur fidelibus, etiam si peccatores sint. Hoc loco pro pietate habetur timor in hebreo, sicut sequenti sententia, sed hic accipitur pro cultu et religione veri Dei, ut in Scriptura saepe fit. Gen. 20 [11]: *forsitan non est timor Dei in loco isto.* Psalmo 33 [12]: *timorem Domini docebo vos,* 2 Cor. 5 [11]: *scientes timorem Dei.* Recte autem connexa sunt haec duo, unum enim perficit et perficitur altero; scientia sine religione vera potius in errorem ducit, ut videre est in illis philosophis antiquis, qui in perversa dogmata inciderunt suis speculationibus. Coeretur autem et modificatur religione. Religio etiam et cultus, si scientia non adest, vitium gignit, Rom. 10 [2]: *aemulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.* Scientia etiam sine charitate inflat. 1 Cor. 8[1].

[Fol. 103r] 16. Quantum autem haec in principe et gubernatore necessaria sint, docet Salomon, qui suo exemplo iussus pettere a Deo, quod vellet impetratus, scientiam petiit, qua sciret populos regere, idque summopere placuit Deo, ut habetur 3 Reg. 3 [9, 11]. Ratio autem id[em] ostendit. Intellectus enim et sapientia, id est, iudicium et capacitas, parum prosunt, nisi adsit rerum scientia et cognitio. De religione autem et pietate ipsem Proverb. 28 [15] dixit: *leo rugiens et ursus esuriens rex impius in populum pauperem.* Ubi non est scientia nec religio, omnis est iniustitia et tyrannus.

17. Alia tamen est scientia et pietas de qua nunc dicitur spiritus scientiae et spiritus pietatis. Scientia enim haec est spiritualis, de qua dicit Paulus Philip. 1 [9]: *oro ut charitas vestra*

magis ac magis abundet in omni scientia et in omni sensu,
et Philip. 3 [8]: existimo omnia d^rerimentum esse propter eni-
nentem scientiam Iesu Christi. Haec autem est quaedam notitia
divinarum et spiritualium rerum gustu quondam et experientia
coniuncta, de qua dicitur Psalmus 33 [9]: gustate et videte, quam
savus est Dominus, et Apocalypsi 2 [17]: in calculo nomen no-
vum, quod nemo novit, nisi qui accipit. Rom. 12 [2]: refor-
mamini in novitate sensus vestri ut probetis, quae sit voluntas
Dei hinc. Haec scientia a Spiritu Sancto est, ideo spiritus scien-
tiae est.

18. Est etiam pietas et spiritus pietatis: qui enim Deum cultum
exhibet, sed ex quoddam affectu filiali erga patrem, pietas enim
ad parentes est, qui igitur induit affectu filiali Dei, enim edidit
in hoc spiritus pietatis est, in quo impletur illud Galat. 4 [6]
visit Deus spiritum Filii cui in corda vestra clamat: Abba,
Pater.

19. At in Christo longe aliter hi spiritus sunt: in eo enim spi-
ritus scientiae requiescere dicitur, non tantum propriet scientiam
etis inexplicabilem super omnes, sed quia ipse auctor et magister
scientiae nostrae ad salutem necessario futurus erat. Ioan.
*1 [18]: Denique nemo vidit unquam. Unigenitus qui opt ut si-*nn* Patris, ipse enarravit⁴ et [17] veritas et gratia per Christum
facta est. Ioan. 13 [13 s]: ego sum magister et Dominus, Ioan.
3 [2]: venisti a Deo magister. In eo etiam fuit pietatis spiritus,
non solum quia Patrem ut homo coluit super omnes, Ioan.
7 [40]: honorifico Patrem meum, non solum quia nos filii adop-
*tionis, ille vero filius naturalis erat, et ipse patrem naturalem co-*lebat* in humilitate, sed etiam dicitur spiritus pietatis in eo fu-*turus*, quia veram et perfectam pietatem, cultum et religionem
instituit, mirabile sacrificium, sacramenta efficacissima, legem
*compendiosam. Haec propterea sunt Christo.***

20. Et replebit cum spiritu timoris Domini.

Nisi immixto mirabitur et interregabit aliquis, quid est
quod de sex praecedentibus dictum est requiescat super eum
spiritus sapientiae et intellectus, etc., at de timore solo mutatur
verbum: et dicitur replebit eum spiritus timoris Domini. Non
enim sine causa hoc dictum est. Adverte mysterium passionis et

⁴ Ut revelavit

mortis Christi significari a propheta. Hic est timor ille, de quo passione imminentे evangeliastae dixerunt: *coepit timere et patere;* et merito replendens dicitur, quia fuit maximus et horribilis, quamvis voluntarie assumptus, ob id dicitur *spiritus replebit,* et non *timor replebit eum,* aut *timor irruit super eum;* non autem duravit, quia pro illo brevi tempore sumptus est timor ille, ab causas alibi explicatas; idcirco non dicitur spiritus timoris *requiesceret,* sed *replebit eum,* magnus quidem, sed brevis, sicut et passio, quae ob id torrenti confertur Psalmo 109 [7], quia impetu magno fertur, sed parum durat.

[Fol. 103v] 21. Huius timentis magnitudinem illud Domini indicat. Timor enim hominum non est cur sit multus, quia parvum est et breve malum quod infligere possunt. At timor Domini gravissimus est. Dices: quis fuit ille timor Christi? Attende: Christus sucepit omnium hominum peccata in se punienda et solvenda, Isa. 53 [5] *disciplina pacis nostrae super eum.* Consideravit ergo ex una parte illa sanctissima humanitas, quae in se suscepserat castiganda, ex altera parte horrendam et severissimam iustitiam Patris. Ex hac consideratione timor inexplicabilis consecutus est. Si enim inter homines gravis culpa consideratione severi indicis multum timere facit, quantus ergo fuit ille timor, qui ex consideratione omnium peccatorum et iustitiae infinitae Dei consequebatur de qua dicitur [Heb. 10. 31]: *horrendum est incidere in manus Dei viventis?* Replebit igitur eum spiritus timoris Domini.

22. Non minus est in principiis necessarius timor Domini ad rectam administrationem quam sit intellectus, sapientia et caetera praedicta, cum enim minus habent quod homines timeant tanto magis timere debent Deum. Hic enim timor est fructuum et stimulus; fraenum retrahens a perpetrando malis, stimulus in bona et iusta exequenda. Unde Salomon Proverb. 1 [7] principium sapientiae timorem Domini esse praeconciavit, et ubi non est timor hic, omnis est iniustitia. Iac. 18 [2]: *erat index in quadam civitate, qui Deum non timebat, nec homines reverebatnr.* Si hominum timor ne detrahant, ne mutetur, ne insurgant, solet retrahere a malis multis, quanto magis timor Domini

id efficiet? Est etiam necessarius timor hic in unquamque nostra, omnes enim indigenus fraeno et stimulo.

23. Huius timoris defectu fit, ut cum omnes fideles habeant Spiritum Sanctum in se, nemo enim credit nisi in Spiritu Sancto, 1 Cor. 12 [3]: *nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto*, principibus autem ratione gubernationis Spiritus Sanctus assistit etiam malis, Ioan. 11 [51]: *qui erat Pontifex anni illius, prophetavit*. Ubi igitur timor hic non est, consequitur quod Paulus docet et Scriptura. Sunt enim qui constrangentur Spiritum Sanctum, Ephes. 4 [30]: *nolite contristari Spiritum Sanctum, in quo signati estis in die redemptionis*. Aliqui resistunt: Act. 7 [51]: *vos Spiritui Sancto resistitis sicut et patres vestri*; aliqui exstinguant 1 Thessal. 5 [20]: *Spiritus nolite extinguere*; aliqui vituperant, Sap. 1 [5]: *spiritus sanctus corripiet a supervenienti iniquitate*. Sunt haec per figuram dicta, nam Spiritus sanctus in se impassibilis est.

24. Illi contristantur Spiritum Sanctum, qui, cum eum habent in se modo praedicto, multa faciunt quae Spiritui Sancto displicant et adversantur, et quantum in se est, causam tristitiae illi ingerunt. Illi resistunt, qui Spiritum clamantem in eis, et arguentem facta eorum, et suggesterentem bona, nolunt audire. Simile illud est Rom. 1 [18]: *veritatem Dei in iniustitia detincent*. O quot principes contristantur Spiritum Sanctum et etiam resistunt illi! Exstinguunt, qui etiam abiciunt clamores hos et conscientiam avertunt a cogitandis inspirationibus immerguntque se suis affectibus exsequendis. Illi demum vituperant, qui gravia peccata committunt, locum in se dantes diabolo tentanti, ubi Spiritus Sanctus adest. Haec omnia maxime procedunt quia timorem Domini in se non habent falso putantes securos se esse apud Deum, sicut sunt apud homines. Precemur Deum omnipotentem, ut repleat nos timore suo, ut per hunc requiescat in nobis Spiritus Sancti septemplex gratia et postremo gloria impleamur*.

^E illi resistantia

^g El fol tot his està tota en blanc

[Fol. 104r] NON SECUNDUM VISIONEM OCULORUM
JUDICABIT, NEQUE SECUNDUM AUDITUM AURUM ARGUET

Concio 5
P

1. Tria sunt supponenda in huius loci explicationem. Unum est totam hanc sententiam cum sequenti de Christo ratione humanitatis sive esse intelligendam. Hic enim est qui non secundum visionem oculorum iudicavit, et qui in iustitia iudicavit pauperes et in aequitate arguit pro mansuetis. Hoc dixerim, quia IRENATUS lib. 3 cap. 10⁴⁰ interpretandam censet ratione divinitatis, at HIERONYMUS et CYRILLUS⁴¹ aliter sentiunt, sicut ratione humilitatis intelligendam, et ratio contextus isti probat. Nam verba omnia antecedentia, nonne quod virga egrediatur et filius ascendat et spiritus super eum requiescat, cum sequentibus, ratione humanitatis in Christo verificantur; imo et sequentia. Igitur haec etiam sunt eodem modo explicanda, quamvis hoc verum sit, haec omnia non esse in illa humanitate nisi quia erat divinitati coniuncta, sicut Christus ut homo sua morte pro nobis satisfecit, sed non utique satisfacere potuisse, nisi esset Deus.

2. Alterum est eandem sententiam ad mentem prophetae verificari in Christo in priori adventu suo, quando venit mundum redimere. Hoc dicimus contra hebraeorum opinionem, qui, ut refert HIERONYMUS, existimarent intelligenda esse et complenda in fine mundi. At ipse HIERONYMUS et CYRILLUS⁴² aliter sentiunt. Erit quidem in posteriori illo adventu iudicatus in iustitia et arguturus in aequitate, non autem secundum visionem oculorum, aut auditum aurum; tamen longe diversum sensum habent haec verba praesentia, nam in verbis antecedentibus, uti diximus, propheta loquitur de priori adventu.

40. *Adv. Moer.* lib. 3^o c. 10⁴³ (PG c. 971 PG 7, 871, ed. W. Harvey II, 33.
41. S. Hieronymus, *In Iudee lib.* 4^o c. 11, 3 PL 24, 149-150; S. Cyrillus, *In Iudee* (PG 70, 316, 875).

42. S. Hieronymus, *In Iudee* Ph. 4^o c. 11, 3, PL 24, 149; S. Cyrillus, *In Iudee* II, 1-3 PG 70, 315-319.

3. Tertium est nomine adventus prioris duo tempora intelligi, unum est illud in quo apparuit nobiscum in terra ante mortem, et post resurrectionem suam anté in caelos ascensionem; alterum est post ascensionem, et quidem in hoc saeculo iudicat homines et per se et per ministros suos, regnat enim in terra, quamvis in caelis sit praesens corporaliter, multo magis quam rex in una civitate residens regnat et iudicat in toto regno. Tamen propheta hisce verbis praesentibus loquitur de tempore quo fuit in terra et iudicia quaedam miranda exercuit, ut HIERONYMUS et CYRELLUS exponunt ⁵², quamvis CLEMENS ALEXANDRIUS libro I paedagogi capite 7 ⁵³ ad secundum hoc tempus videatur haec verba retinere. At non videtur accommodata expositio cum propheta de hoc particulari adventu serviu-
nem in praecedentibus verbis habeat.

4. His igitur suppositis, superest sensum horum verborum et sequentium interpretari, in quo non omittimus sequentem HIERONYMUM et CYRILLUM ⁵⁴, sed quia magis verbis accommodata videtur interpretationem adferremus. Adverte. igitur, prophetam mirabili expressione duo officia regis huius, nempe Christi, praedixisse; unum fuit redimere genitum humanum a captivitate diaboli et peccati, Lue. 19 [10]: *venit filius hominis quaerere et solletum facere quos perierat*. Propter quod dictus est redemptor, Isa. 54 [5]: *redemptor tuus Sanctus Israel*. Alterum fuit obser-
te viam salutis; parum enim erat redimere, nisi viam et modum institueret, quo fructum redemptionis huius participarentis, Ioan. 18 [37]: *in hoc natus sum, ut testimonium perhibeam veritati*. Hac de causa GREGORIUS libro I. Regum cap. 1 ⁵⁵ di-
cit noluisse infantiae tempore occidi, quando Herodes in eum saeviebat, quia futurus erat praedicator veritatis et salutis. Lue. 1 [78 s]: *per viscera misericordiarum Dei [Fol. 104v] nostri, in quibus visitavit nos, oriens ex alto; illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendas pedes nostros in viam*

⁵² S. Hieronymus, In Ioseph PL 24, 149. S. Cyriacus Alex., In Ioseph PG 70, 313-320.

⁵³ Pseudo-Cyriacus, lib. 1^o c. 7. PG R. 324, 221. GCS 12 (Clem. r. RH) 1, 126.

⁵⁴ II cc.

⁵⁵ In Primum Regum Expositiones lib. 1^o c. 1, 3. PL 79, 28. La obra no es directamente del mismo S. Gregorio, sino, tal vez, de Claudio de Ravena, Abad que fué discípulo de S. Gregorio, o, tal vez, sin esta relación siquiera. Cfr. O. BARTHESWER, Geschichte der althieralichen Literatur V 1932, p. 298.

pacis. Propter huc dictus est doctor. Ieole 2 [23]: filiae Sion, laetamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae. Haec duo noster propheta praedicit non solum praenunciando simpliciter, sed mirabilem modum quo ea peregit exprimendo, sed his duobus verbis, *iudicabit in iustitia pauperes, arguet in aequitate pro mansuetis terrae;* iudicabit redimendo, arguet docendo^b.

[Fol. 107v] 5. Haec duo officia mirabili artificio Esaias significat duobus verbis, *iudicabit* prius, *arguet* posterius. Sumitur autem hic verbum iudicandi pro eo quod est ferre sententiam, verbum arguendi pro eo quod est convincere, ut constat ex Joan. 18 [31]; Act. 23 [3] illud, hoc vero Joan. 8 [46] et 2 Tim 4 [2]; utitur autem negatione et affirmatione: negatio est: *non secundum visionem oculorum suorum iudicabit, neque secundum auditum aurium suarum arguet.* In hebraeo enim est illud *suorum et sanctorum.* Secundus est: erit quidem index, *virga et rex;* tunc non exercebit istud iudicium in homines, sicut solent exercere caeteri principes.

6. Hi iudicant feruntque sententiam, quando res est manifesta, quando vero non est, arguunt auditu, id est per testimonia convincunt; et quamvis aliquando in hoc modo sit fallacia, tamen debent principes sequi hunc modum, ut videant, et iudicent, audiant et arguant, etiam ecclesiastici, et hic est sensus illius 1 Tim 5[24] *quorum[dam] peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium, quorum[dam] vero sequuntur,* id est, quorundam peccata sunt ita manifesta, ut non indigeant discussione, aut examine et argumento, quaedam vero quae non agnoscuntur, nisi ex iudicium discussione, utrumque tamen debet fieri. Illud est iudicare secundum visionem oculorum, hic vero arguere secundum auditum aurium.

7. At in duobus principes deficiunt. Primo quidem non vident quae videnda sunt, et dissimulant quae notissima sunt, nec arguunt ex iis quae testibus sufficientissimis probantur. 2.º vi-

b) El Ms. anota al final del n.º 4º: *sequitur quod est in fine contionis.*

Allí, en efecto, hacia la mitad del fol. 107 v., tiene unos párrafos, que encabeza con un n.º 5.º y que, si bien no continúa numerando, tienen las suficientes distinciones para ir colocando, como lo hacemos en el Texto, los números siguientes hasta el 8.º, pues terminado éste, manda ir al n.º 9.º de la numeración continua que lleva el Texto. Los nn. 5-8 que allí manda omitir, los devolvemos al fin de este Secundo.

dent quae videnda non sunt et audiunt quae non audienda, quia oculos possunt et aures applicant ad ea quae ad causam non faciunt, nec ad finem qui debet intendi, sed iuxta suos appetitus et voluntates feruntur. At Deus reddit illis vicem; quia enim non vident quae videnda, et vident quae non videnda, similiter se habent in audiendo, permittit Deus, ut quando aliquis videat volunt et audire, non videant, sed exceccentur et non audiant, nec sit qui illis manifestetur.

8. Christus rex noster non venit iudicare secundum visionem oculorum suorum, nec arguere secundum aurium suarum auditum, quia, quamvis rex esset, non venit exercere iudicium, nec agere iudicem, sed salvatorem, in mundo; si venisset iudicare secundum oculorum suorum visionem et arguere secundum auditum aurium suarum, nemo salvus fieret: idem est sensus hominum verborum et illorum Ioan. 3 [17]: *non misericordia Dei Filiu tuum, ut iudicet mundum.* Recte connectitur hic sensus praecedentibus. Dictum est virginem esse et regem, dictum est Spiritum Sanctum super eum mansurum, statim dicitur timor repleturus eum. Quomodo si tantus rex sit plenus Spiritu Sancto, timebit? quia non venit hanc potestatem exercere in homines, non iudicabit secundum visionem oculorum; si venisset ut iudex, tunc multo timore quateretur.

Idem est sensus illius Isa. 42 [3] et Matth. 12 [20]: *calumnum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinxerit,* quem locum HIERONYMUS epistola ad Algas, quaest. 2.⁴⁵⁷ de gentili et iudaico exponit, at GREGORIUS libro 33 moralium c. 2⁶ illud de potestate regia, hoc de sacerdotali interpretatur, quae Christus invenit in maxima perversione, nam erat populus sub idolatria, et sub impio Herode, sacerdotes pleni ambitione, avaritia, etc., et contra legem instituti. At non destruxit eos, quia non venit iudicem agere contra homines, sed eos salvare. Quomodo ergo iste rex iudicabit? *indicabit in iustitia pauperes, etc.*

[Fol. 105 r medio] 9. *Sed iudicabit in iustitia pauperes.* Quid ergo faciet? *Iudicabit in iustitia pauperes.* Adverte tria praecipua iudicia Christum fecisse in terra et tres maximi momenti sen-

⁴⁶ Epistola 17 ad Algas (viii) q. 2⁷ PL. 22, 1092. CSEL. 5⁸ 11-13.

⁵⁷ No hemos podido encontrar este pasaje.

tentias tulisse, quarum etiam Isaias meminit in aliis locis. Una fuit contra diabolum in favorem mundi, qui per Adae peccatum tenebatur ab eo captivus; erat enim propter peccatum iuste homo a Deo traditus daemonis potestati, a qua non se poterat nulla ratione per se ipsum liberare, quia nec habebat pretium, quod solveret et via satisfactionis se liberaret; nec habebat vires, quibus se eximeret et per potentiam in libertatem revocaret. Hac de causa homines in Scriptura dicti sunt pauperes et inopes. Ita AMBROSIUS Luc. 4⁵⁸ interpretatur illud Isa. 61 [1]: *pauperibus evangelizare misit me.* Ita GREGORIUS homilia 2 evangeliorum⁵⁹ dicit genus humanum significari per illum caecum et pauperem mendicantem Luc. 18 [35]. Hac de causa David rex et dives se pauperem et inopem et egenum appellat, Psalmo 85 [1]: *inops et pauper sum ego,* Psalmo 39 [18] *mendicus et pauper ego sum,* Psalmo 108 [22]: *egenus et pauper ego sum.* Est enim egenus cui necessaria vitae desunt. Erat autem homo egenus, pauper et inops, et mendicus, quia ab alio liberari oportebat. Ecce qualiter tenebantur homines sub potestate daemonis propter peccata.

10. Quoniam autem iuste tenebantur iustitia ex parte Dei tradentis illos, voluit Christus et index noster liberare nos ab hac potestate et privare daemonem dominio et potestate hac per iustitiam et per iustum sententiam latam contra daemonem, quod sic factum est. Homo propter peccatum fuit daemonis potestati traditus, daemon culpam novam, propter quam iuste etiam privatus est potestate tradita in hominem. Daemon enim excendens terminos propriae potestatis, et facultatis concessae in filios Adae, quæsivit Christum innocentem et qui non erat sub eius potestate occidere et persecui, quasi esset unus ex ceteris. Propter hoc crimen privatus est a Christo, Deo et homine et judice supremo, potestate et dominio quod in omnes habebat, et haec est sententia lata contra eum in mundi favorem.

11. Huiusⁱ iudicii meminit Dominus Ioh. 12 [31]: *nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi cicietur foras.*

i Ms. hoc

58. *Expositio Evangelii secundum Lucam 1ab.* IV in caput 4. 18. PL 15. 1709
CSEL 32. IV. 161.

59. o. c. PL 76. 1082.

16. Recte autem gentes dicuntur pauperes, ut notat ORIGENES bonus. 32 in Luc. ⁴⁰, quae nec legem, nec scripturas, nec prophetias, nec veri Dei notitiam habebant: hos pauperes iudicavit Christus ⁶ in iustitia, iuste excludendo iudeacos, et iustificando gentes. De hoc iudicio est illud Psalmi 109 [6]: *iudicabit in nationibus, impellebit ruinam.* Appellau ruinas ensim iudaeorum, loco quorum gentes accesserunt, iuxta illud ad Rom. 11 [17]: *aliqui ex ramis fracti sunt, et tu cum oleaster es, insertus es in illis,* atque hoc vocabulo usus est Simeon Luc. 2 [34] ad idem significantium: *positus hic est in ruinam et in resurrectionem mortuorum.* Meminit Isaías filius capite 1 [8] dicens: *relinqueret filia Sion sicut tugurium in cumerario, et sicut umbruculum in vinea, et cap. 5 [5]: diruam maceriam eius.* etc. De hoc iudicio HIERONYMUS ⁶¹ intelligit hunc locum, et quamvis vere hoc iudicium iactum sit, tamen accomodatius est illud primum, quo exprimitur officium redemptoris factae per Christum, de qua horum in loco propheta agere videtur.

17. Tertium iudicium, quod Christus fecit, illud est, quid factum est contra illos pharisacos, scribas et sacerdotes, et primos iudeorum, in favorem parvulorum et minorum, et eorum qui de plebe erant: illi enim ob suam ambitionem, avaritiam et invidiam permisi sunt exceccari et labi in tensbris infidelitatis et ignorantis Christi, parvulis vero et inferioribus datum est ipsorum agnoscere, de quo iudicio dictum est Ioan. 9 [39]: *in iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, cecidi fiunt,* et Matta. 11 [25]: *confiteor tibi, Pater, quoniam abscopulisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis.* Ita Pater. Luc. 14 [24] de invitatis ad caenam dicitur: *nemo illum gustabit coenam, neque, qui se excusarunt:* pauperes autem et claudi, etc., accedunt. Hoc praedixit Isaías cap. 6 [10]: *excœcta cor populi huic, et aures vittis aggryvata;*

⁶ Ad mecum amate; Nea sunt diera haec dum iudicium, iux: non sunt iudicia facta per Christianos in toto, nam prius est: praedictio eius quod futurum erat post Ascensionem, cum eum Iata est sententia. Posterior: non a Christo hominem facinus est, sed a Deo ipso, inde Christus ut hunc non egit iudicium contra homines dum in hoc saeculo visibiliter conversatus est.

60. o. c. PG 1, 1, 1083.

61. Commentatorum in Isaías lib. 4^o c. 11, 30. PL 24, 130.

quo testimonio usus est ipse Dominus Iohann. 12 [39 s] ^a. Dicuntur autem pauperes spiritu hi, quibus datum est Christum agnoscisse, et de talibus pauperibus interpretatur Hieronymus ^b: illud Isaiae 61 [1]: *pauperibus evangelizare misit me*^c, et de cisdem Matth. 5 [3] dicitur: *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*. Iudicabit ergo in iustitia pauperes. Quod, etiam si verum sit, ad rem magis videtur facere primum huiuscmodi, quo redemptio significatur.

18. Et arguer in acquisitur pro mansuetis terrae. Hoc est alterum officium virgae huius, quo et praedicatio et vis seu efficacia praedicationis significatur. Sensus intelligentia pendet ex lectione. Adverte ergo in hebreo logi: *arguer in acquisitam manu* [Fol. 106v] *sicutos ferrete*, siveque vertunt L. X. X et Hieronymus ^d, immo ipsa Vulgata capite 2 [4] vertit: *argueret pauperos multos*, et ibi est idem verbum, et nomen est cum eadem praepositione seu articulo, qui est autem articolus dative casus, quasi diceretur, *argueret mansuetis*; aut est quia verbum eum causum postulat. Existimus Vulgatam leguisse in dative, et in declarationem vertisse *pro mansuetis*, id est arguer in utilitatem mansuetorum. IRENAEUS I. III c. 10 ^e legit *arguer gloriosas terrae*; priore etiun verba non secundum versionem vulturum, legit *non secundum gloriam iudicabit*. Et Hieronymus eandem probat versionem, sed dicit tunc non *jeosdem* mansuetos esse argumentos, sed alios in defensionem mansuetorum, nimurum, quia Christos saepe reprehendit iudeos in favorem apostolorum suorum. At accommodation erit expositio, si dicamus Christum arguisse mansuetos, at quia contingit arguere in condemnationem, sicut arguitur et convincitur reus, ut damnetur et sic Psalmus 49 [21] dicitur: *arguam te, et statuam contra faciem tuam*, contingit etiam arguere in utilitatem eorumdem, qui arguuntur, 2 Timoth. [4, 2] *argue, obsecra, etc.*, ne in malam partem hoc

^a En el Inger de S. Juan que Tolede nra, no es el Señor quien usa el testimonio de Iudas, sino el Evangelista. Pero es verdad que el mismo Iudas lo nra. Cfr. Mf. 13, 22.

^b El texto del casmo lo tiene Tolede en la referencia que de Iudas se encuentra en Lc 4, 18. Idoles según la Vulgata dice: ad annuntiantem mansuetis misit me.

^c Ad. ibid. lib. 17, 9 c. 61, 12a. PL 24, 622.

^d ibid. lib. 4, 9 c. 11, 32a. PL 24, 152 (Se trata de S. Jerónimo en el Comentario).

^e Adv. Haer. lib. 3, 1 c. 10 (PG c. 9, 9) PG 7, 871. Ed. Harvey II, 32-33.

acciperetur, interpres veritatis arguet pro mansuetis, et in hebreos positus est articulus casus dandi.

19. Verbum hoc significat praedicationem Christi, non mude, sed explicando ipsius virtutem et efficaciam. Sunt enim tria praedicare, persuadere, et arguere seu convincere. Minus est praedicare, plus est persuadere praedicatione, quia in persuassione virtus praedicationis exprimitur, at multo maius est convincere. Saepe enim rationibus minus efficacibus fit persuasio, et aliquando nittitur aliis motivis; at arguere et convincere magnam virtutem indicat verbi et praedicationis. Significat ergo magnam vim verbi ipsius Christi. Quod Evangelium confirmat Iohann. 6 [69]: *verba habes vitaeterus*, Iohann. 7 [46]: *nunquam sic locutus est homo*, Iac. 24 [14]: *fuit enim propheta potens opere et sermone*.

20. Aliud etiam hoc verbum indicat. Nam qui praedicat, sermonem suum manifestat simpliciter aut exhortando, aut docendo, aut reprehendendo; ut qui arguit, contradictionem crudeliter indicat, hoc enim est arguere Tit. 1 [9]: *eas qui contradicunt, arguere*, quod est maioris efficacie verbi et praedicationis. Contradiciebatur Christo et eius doctrinae, quod etiam paulo post factum esse ostenditur Act. 28 [22]: *de secta hac notum est nobis, quod ubique contradicitur*, Rom. 10 [21]: *tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradictem mihi*. Arguet ergo sua praedicatione.

21. Alterum verbum est *mansuetos*. Non omnes convincentur verbo et praedicatione Christi in terra praedicantis, sed mansueti. Adverte: in Scriptura tam nova quam veteri tria genera personarum maxime commendantur, tanquam Deo grata, et evangelio suscipiendo accommodata. Primum est pauperum spiritu. Matth. 5 [3]: *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*. Matth. 11 [5]: *pauperes evangelizantur*, et Isa. 61 [1]: *pauperibus evangelizare misit me*⁹. Secundum est mansuetorum Math. 5 [4]: *beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*. Matth. 11 [29]: *discite a me, quoniam mitis sum*. Psal. 24 [9]: *diriget mansuetos in iudicio, docebit mitis vias suas*. Iacob. 1 [21]: *assipite insitum verbum in mansuetudine*. Tertium est humilium corde seu spiritu. Matth. 11 [29]: *disci-*

⁹ Cfr. la nota anterior

te a me quoniam humiliis sum corde, Psalmus 17 [28]: populum humiliem salutem facies. Isa. 57 [15] vivificat spiritum humiliatum.

[Fol. 107r] 22. Hoc quidem non sine causa magna factum est. Primo quidem, evangelica doctrina postulat unum quod sine hac paupertate non potest effici, nempe ut homo preeponat Domini mandatum omnibus suis, cognatis, amicis, pecuniis, honoribus et vitae propriae adeo, ut paratissimus sit omnia dimittere potius quam aliquid facere contra Domini mandatum. Debet ergo homo renunciare omnibus affectu, et, quando opus est, effectu; hoc autem est esse pauperem spiritu. Hoc docuit Dominus Luc. cap. 14 [31. 28] illis similitudinibus: *quis rex paratus est committere bellum, aut quis aedificat turrim, etc., et concludit sic [33]: omnis qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.* Hoc retardavit multos a suscipiendo evangelium, ob id pauperibus evangelizatur. Hoc idem est quod nunc retardat a progressu in bono, et in suscepto verbo, quia sunt homines astrictissimi his rebus temporalibus, vix vel minimum dimittunt, malunt suis commodis et affectibus inservire, non enim habent paupertatem spiritus.

23. Secundo: evangelica doctrina aperit peccata exactissime et reprehendit ac comminatur. Opus est in auditore sit mansuetudo, quae temperet iras, nam correctus statim irascitur; sed enim est verbum Dei, pungit et dolorem incutit. Rursus a principio, qui evangelium suscipiebat, expositus erat multis iniuriis hominum, et persecutionibus, erat necessaria mansuetudo, per quam facile tolerabantur; ideo mansueti evangelizantur et arguantur. Hoc etiam nunc impedit progressum in bono, vix homo sustinet corrigi, sustinet admoneri. Hippocrates in infirmo postulat obedientiam perfectam et patientiam, quae mansuetudo quedam est, et sunt multi qui omnia tolerant propter sanitatem corporis, at vix toleratur veritas, quae prodest ad salutem animae.

24. Tertio evangelica doctrina exceedit captum humanum, nec ratione humana comprehenditur, idcirco multi repulerunt evangelium; propterea necesaria est humilitas corde, quae supponit mentem, et subdit verbo Dei; humilibus ergo corde evangelium praedicatur, cum fructu. Hac de causa haeretici repulerunt veritatem, quia suo ingenio volunt omnia metiri, et humilitate hac carent.

25. Arguet ergo mansuetos, qui corrigi non abhorrent, qui iniurias omnes illatas sufferunt. Qui mansuetus est, humilis est, et pauper spiritu; non enim sine his potest consistere vera mansuetudo; sunt hae tres virtutes unitissimae.

26. At quid est, quod adiungitur terrae? Nam Psalmus 36 [11] ^a dictum etiam est *mansueti haereditabunt terram*. Qui sunt isti mansueti terrae, aut quid nobis indicat propheta hoc verbo? Forsan praenunciat doctrinam Christi, qui docturus erat [Mt 5, 4]: *beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, terram illam, nimirum, de qua dictum est Psalmus 141 [6]: *portio mea in terra viventium*, et Psalmus 26 [13] *credo videre bona in terra carentium*. Aliud tamen est etiam quod haec vox nobis significat, *nimirum Christo praedicata non credituros nisi mansuetos*, et hoc homines plebeios et inferioris conditionis, quales fuerunt apostoli, de quibus dicitur 1 Cor. [1, 27 s]: *infirma mundi elegit Deus, et contemptibilia et ignobilia, et ea quae non sunt*; in plurimis enim tales fuerunt illi primi, quos Christus traxit. Noverunt adversarii hoc et dicebant, Ioan. 7 [48 s] *numquid ex principibus aliquis credit in eum?* [Fol. 107v] *sed turba haec, quae non novit legem*. Quamvis enim aliqui ex nobilibus crediderint, tamen maior et maxima pars fuit horum; ideo dictum est: *arguet mansuetos terrae*. Paupertas haec exterior, sicut et divitiae et cetera huiusmodi, nec virtus nec vitia sunt, sed instrumenta quaedam, tamen paupertas securius est instrumentum ad virtutem. O quot melius se habebant cum Deo et in spiritu, quando minus habebant horum temporallium, et in loco inferiori erant! Arguet ergo mansuetos terrae. Forsan ad littorani dici posset mansuetos terrae dici, quia mansuetudo facit homines amabiles, et velut dominos terrae iuxta illud Ecclesiastici 3 [10]: *sibi, in mansuetudine fac opera tua, et super gloriam habitationum diligenteris*.

27. Superest ultimum verbum, *arguit*, inquit, *in aequitate*. Aequitas haec est ipsius evangelii et legis Christi rationabilitas, quae tanta est, ut nihil malum non declararet, et omne peccatum vel levissimum demonstraret; continet enim omnem virtutem, et reicit omnem vitium. Psalmus 118 [172]: *aequitas mandata tua*. Admo-

^a Mt 33

^b Mt Dominus

net ergo hominem omnis errati; est etiam adeo in se rationabilis, ut vel ipsa rationabilitate persuadeat, et credibilem se faciat. [Ps 92, 5] *testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Aequitate ergo arguet mansuetos. Finis¹.

5. Quia vero hominibus competit hæc verba *iudicare et arguere*, nam reges et potentes ac iudices etiam indicant et argument, excludit propheta hos et separat ac distinguunt a nostro rege et a virga hæc et flore, qui multo aliter iudicat et arguit. Explicemus igitur hanc pridem partem. Verbum indicandi innumeratas habet significaciones in Scriptura; tamen una est quae ad praesentem rem facit, nimurum, pro eo, quod est sententiam ferre, sive absolvendo, sive condemnando; sic accipitur saepe in Scriptura. Ioan. 18 [31]: *accipite vos et secundum legem vestram iudicate eum.* Act. 23 [3]: *tu sedens iudicas me secundum legem, et iustus sic percussi contra legem.* Isa. 5 [3]: *viri Iuda, iudicate inter me et vineam meam.* Verbum etiam arguendi in praesenti accipitur loco verbi convincendi. Ioan. 8 [46]: *quis ex vobis arguet me de peccato?* 2 Thimot. 4 [21]: *argue, obsecra, increba.* Ioan. 16 [8]: *arguet mundum de peccata.* In hac significacione accipitur Isa. 2 [4] in simili loco: *iudicabit gentes et arguet populos multis.* ut recte exposuit TERTULLIANUS libro 3 contra Marcionem⁶³.

6. Haec duo sunt officia omnium principum et potestatum, indicare et arguere, iudicare ferendo sententiam, quando constat de veritate, et quando non constat, arguendo et convincendo eos, qui negant. Non enim est ferenda sententia, nisi postquam expiat de veritate. At modus eam cognoscendi est duplex: per visionem oculorum et per auditum aurium. Visio oculorum significat facti notorietatem, quo casu sententia fertur absque alia convictione, nec enim testibus nec accusatore opus est quando delictum est notoriun. At si tale non est, arguitur per testes, aut per propriam rei confessiōnem, quod significatur per audi-

¹ A continuación damos los nn. 5-8 de la redacción principal que fueron cambiados Toledo por los nn. que hemos dado ya en el texto, y que se encuentran en las folios 1040-1048.

63. Adv. Marc. 18, 3^a c. 21 PL 2, 376-380, ed. Oehler II, 351-352.

tum aurium. Utterque modus est fallax, et aliquando decipiuntur homines in suis iudiciis et argumentis, et loco iusti fit iniustum in re, quamvis ipsi excusentur a peccato, si recte faciant quod ipsorum est. Ea est causa, cur leges hominum multas circumstantias in facti notorietate, in testibus et in confessione statuerunt; tamen adhuc non officiunt quominus aliquando sit fallacia.

7. Huius fallacie exempla in Scriptura habemus. Quantum enim ad evidentiam facti Esther 7 [8 ss]. Assuerus rex invenit Naaman super lectum in quo iacebat regina, et statim acclamavit, *etiam reginam vult opprimere in domo mea*, et occidi statim iussit; ille vero ceciderat super lectum prae angustia, non autem ut aliquid mali faceret. De fallacia testium exemplum est manifestum in Susanna, Daniele 13 [21-62], contra quam duo presbyteri testimonium reddiderant, et occidi eam decreverunt; at Daniel divino spiritu impedivit. Confessionis fallacie exemplum est 2 Reg. 1 [2-16] in amalecita ^a illo, qui ut gratiam David auctoraretur dixit [Fol. 105r] se occidisse Saulem, et David iussit eum occidi dicens [v. 16]: *sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum contra te locutum est, dicens: occidi Christum Domini*. At ille amalecita mentitus est, ut recte dicit ibi Procorius ^b; non enim occiderat, sed Saul se ipsum occidit.

8. His ergo verbis propheta praedicit Christum non exercitum iudicia humana, quae his modis solent procedere; ubi negat modum et usum, et ita factum est. Quamvis enim Christus verus esset Dominus quantum ad potestatem et dominium omnium regnorum et hominum, tamen non exercuit ista temporalia iudicia humana, quae reges et iudices inter nos exercent; quod ipse met Christus in evangelio docuit, nam Luc. 12 [13 s] *quidam de turba dixit illi: magister, dic fratri meo, ut dividat mecum haereditatem;* at ille dixit ei: *homo, quis me constituit iudicem, aut divisorem super vos?* et Ioann. 8 [15]: *vos secundum carnem iudicatis, ego autem non iudico quicquam*, et ibi [8. 11] adulterae dixit: *nec ego te condenabo*, quod verbum Leo sermone 11 ^c de passione ^d interpretatur dictum quia non venit ad

^a Tolredo scribit siempre anglorita

^b Mz. 2

^c PROCORIUS GAZAUS, Sophistes christiani, Commentarius in liberum secundum Regnum 1. 2, 17. PG 87. 1119-1220.

^d Se tratta del Sermon LXII, De Passione Domini XI c. IV, PL 64. 359.

ad iudicandum, aut ut iudex. Non igitur iudicabit, nec arguet.
quia humana ista iudicia non exercet.

[En]. 108r] ET PERCUTIET TERRAM VIRGA ORIS SUI

Concept 6

P

1. Potentiam regis exponit, et per terram hanc homines mortales qui in terra sunt significat per quandam metonymiam; continens enim pro contento accipitur. Sic solent homines appellari Isa. 1 [2]: *auribus percipe, terra*. Ieremia 22 [29]: *terra, terra, terra, audi*. Hoc autem tribus de causis, tum quia de terra est, tum maxime quia, dum hic est, est in terram convertendus, tum ut in memoriam inducat sententiam Dei latam Gen. 3 [19]: *dono revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es et in pulverem reverteris*.

2. Est attem duplex percussio: una est quae ad salutem, altera ad mortem, illa utitur chirurgus erga infirmum, etiam pater erga filium; hac hostis contra hostem, et iudex contra malefactorem. Etiam hac utraque Deus utitur cum hominibus. De priori dicitur Isa. 1 [5]: *in quo vos percutiam ultra?*, Iere. 5[3]: *percussisti eos, et non doluerunt*: est enim medicus et pater noster Deus. De posteriori, Psalmo 134 [10]: *percussit gentes multas, et occidit reges fortes*; est enim Deus iudex et inimicus peccatorum impaenitentium.

3. Christus verbo suo percussit homines, quosdam in mortem, quosdam in sanitatem. Respectu illorum, verbum eius dicitur gladius, Apocalipsi 1 [16]: *gladius utroque parte acutus de ore eius exhibat*. Respectu posterioris virga dicitur, nam virga levem percussionem et in bonum indicat. Prov. 20 [15]: *virga et correctio tribuit sapientiam* et Isa. 10 [24]: *virgo percutiet te etc.*

4. Priorem Christus in terris existens non exercevit in hominibus, sed coram oculis eorum aciebat et vim hanc verbi sui probavit in creaturas irrationalibus. Matth. 8 [31 s]: *mitte nas in partem: quae, inquit, et occisus est magnus gressus porcorum.* Matth. 21 [19]: *unquam ex te fructus nascuntur, et continuo arefacta est.* O mira actio verbi! Fecit ut, qui coram aliis prolati etsem in lapide aut ferro scindendo, ut terreat. At in secundo adventu illa duo exercebit contra homines malos: tunc luctuosa arescet, quia ablatio omni humore gratiae et virtutum nihil boni facient, Ioan. 15 [6]: *mittetur foras ut palmes et arescet;* tunc tradetur daemonibus ut pereat. Post ascensionem etiam, non multo post, hanc percussione glauco per romulos exercevit contra iudeos.

5. Christus ergo Dominius verbo suo tangit virga tripliciter percussit homines. Unius modi meninuit HIERONYMUS ⁴⁸, alterius CYRILLUS ⁴⁹. his si coniungamus tertium, erit completa doctrina et expositio. Primo igitur modo percussit reprehendendo et arguendo. Reprehensio enim quaedam est percussio et aliquando gravior quam quae fit virga materiali. Duplicem enim incepit dolorem. Primus est quem concipit reprehensus de ipsa reprehensione, nam agnoscit apud eum qui reprehendit, se non habere bonam opinionem, et rursus in eo in quo reprehenditur illum sibi esse superiorem, et meliorem, quia eo vitio caret, de quo ipse reprehenditur, si reprehensio sit, ut fieri debet, et dolet de hoc. Secundus est qui concipitur de ipso vitio et malo perpetrato, de quo reprehenditur, nam qui reprehensione resipiscit, advertit malum commissum et dolet; ob haec duo reprehensio percussio quaedam est.

6. Reprehensione non omnes percutiuntur. Advertendum enim est *malos* multos percuti, sed non perfecte, quia dolent de reprehensione, non tamen de vitio reprehenso: inde est quod odio habent reprehensorum, et persecutantur eum. Tales erant illi de quibus Act. 7 [54] dicitur: *audiente: huc dissidabant cordibus suis et stridebant in eum dentibus.* Dolebant enim de Stephanii reprehensione, non bene; quia de reprehensione dolebant, non de vitio et crimen. Ideo in eum insurrexerunt. De his etiam dicitur Proverbiorum 6 [8]: *ne arguere derisorem, ne oderit te,* id est, ne argutas superbiam, superbiam enim [est] adversaria re-

48. In Iohannem lib. 4th c. 11, 348. PL. 24, 190.

49. In Iohannem 15, 355. PG 70, 320. 319.

prehensioni. Boni et perfecti percutiuntur, quia dolent quidem, sed de vitio et peccato, cuius reprobantur: de quibus dicebat Paulus 2 Cor. 7 [8 ss]: *gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad paenitentiam, quae enim secundum Deum tristitia est, paenitentiam in subitem statim operatur; secundum autem tristitia mortali operatur.* Reprehenderat Paulus corinthios et doluerunt non de comprehensione, sed de vitio; et ideo Paulus duas has tristias distinguit, quae secundum Deum, et quae est secundum: illa salutem, ista mortalem operatur. Quidam alii etiam percutiuntur, qui dolent de utroque sed principaliter de vitio, et isti sunt boni quidem, sed imperfecti: quidam alii non percutiuntur, quia nihil dolent, sed contentiunt ultrinque. Iste sunt pessimi. [Fol. 108v] mihi, de quibus dicitur Ierem. 5 [3]: *percessisti eos, et non doluerunt: attrivisti eos, et renoverunt accipere disciplinam*⁷. De quibus dicitur *implebit ruinas* Ps. 109 [6]. Nimirum, vastatis Iudeis vocabit gentes ad se. Etiam exercet intra gentes. O quot Christus punxit, quot regna evertit et provincias et urbes per peccata, bello, peste, ferro, mille modis, de quibus dicitur codem Psalmo [6] *conquassabit capita in terra multa*⁸, et has etiam ruinas implet alias gentes advoco. Vide quot pereunt apud nos et quot ex longinquis terris ad Ecclesiam advoeat; non de hac percussione est nunc sermo, quae fit gladio, sed de posteriori quae fit virga; hae Christus in terris verbo suo exercuit et postea per suos Apostolos. Reprehensio igitur percussio quaedam est.

7. Christus Dominus noster in terris existens verbo oris sui reprehendit acriter Iudeos et maxime maiores et primos illorum, qui vehementissime doluerunt, et ita exarserunt corde, ut morti tradiderent reprehensorem. De quibus praedixit Salomo Sapientia 2 [12. 14. 16]: *contrarius est operibus nostris, impropperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinas nostras; factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum; tanquam nugaces sumus apud illum, etc.* [12]; *circumveniamus cum, et: [20] morte turpissima condemnemus cum.*

8. Reprehendit Christus vitam pessimam eorum, falsam doctrinam eorum in multis, pessimum exemplum eorum et incredulu-

v. El siguiente párrafo hasta Apóstoles inclusive se encuentra al margen.

y. Ibis. Polygot. Clemens. prætorium

litatem eorum, quia ei non crediderunt. Longum esset narrare singulas reprehensiones. Hoc tamen advertendum est, Christum eos arguisse non tantum propter illos, quos inenarrabiles sciebat, sed propter turbam, quam sua auctoritate retrahebant a credendo in Christum: idcirco coram turba eos reprehendit, ut turba et pussilli scirent illos non esse dignos fidei; et hoc est quod Christus illis obiciebat Matth. 23 [13]: *vae vobis scribæ et pharisei, hypocritæ, qui clauditis regnum caelorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.* Lege totum caput hoc, in quo horum quatuor Christus illos reprehendit et causam insinuat reprehensionis. Percutiet ergo terram virga oris sui.

9. Dices: quae potentia in hoc apparet? projecto magna. Arguere enim primates et magnates magni animi roboris est, quia qui bello aggreditur potenter, habet milites, quibus se defendit, et offendit. Tamen verbo arguere, est offensio sine defensione, et aliquando magnates magis dolent de reprehensione quam de bello excitato contra se ipsos. Praeterea quia reprehendebat Christus occulta cordium et cogitationes illorum, quod est virtutis divinae. Et attende unum: superbia et nequitia illorum tanta fuit quod numquam sustinuissent tantam Christi reprehensionem, nec tanto tempore perdurassent, quin de medio sustulissent Christum, nisi virtute divina detinuissest usque ad tempus ab eo statutum. Sicut chirurgus qui ligat hominem dum abscondit membrum, postea solvit, sic Christus sua divina potentia impedit, donec praedicaret toto tempore statuto ab ipso, postea *[Luc. 22, 53]*: *haec est hora vestra et potestas tendebaturum*, quod in evangelio apparet: saepe enim contra eum surrexerunt et ipse de medio eorum se subtraxit virtute divina. Adde quod nec sermonis seriem audire continuassent, nec expectassent, sed divina virtus eos compellebat. Agnosce virtutem et potentiam Christi etiam in peccatis arguendis, tum quia libere magnates arguit, tum quia nullo exteriori⁷ se protegebat, tum vero quia tanto tempore, cum quia tam longo sermone sine interruptione. Hic est primus modus percussionis.

10. Secundus modus percussionis notatur a CYRILLO⁸.

⁷ Lectura probabile

⁸ S. CYRIACUS, in Isaiam PG 70, 329-320.

Percussit enim Christus comminatione. Saepe enim gravissimam comminatus est poenam et spiritualem et temporalem, suo verbo et praedicatione. Math. 21 [43 s]: *aufderetur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructus eius.* Qui considerit super lapidem istum confringetur, super quem vero occiderit lapis consumuet eum. Math. 23 [38]: *relinquetur vobis dominus vestra deserta, et Iuc. 19 [44]: coquuntur vobis iudicium, et ad terram prosternebit te, eo quod non cognovistis regem visitationis tuae.* Accommodata est autem post reprehensionem, illis quibus reprehensio non prodet, excommunicatione. Eccl. 19 [18]: *corribit proximum, antequam communioris.* Reprehensio culpae malum, comminatio poenam respicit, et quamvis plus deberet hortinem mouere reprehensio quam comminatio, quia maius est malum cuba quam poena. **[Fol. 109r]** saepe tamen solent homines retrahi a malo propter potest, quae sensibilior est; ideocecedit reprehensio. haec vero, nempe comminatio, sequitur.

11. Triplicem poenam comminatus est iudeis Christus. Una est spiritualis, quae fuit ablatio regni et Ecclesiae, de qua allegatum est illud Math. 21 [43]: *aufderetur a vobis regnum Dei.* Secunda temporalis, de qua dictum est illud Iuc. 19 [44] citatum, quia regno, libertate et patria sunt privati per romanos usque in hodiernum diem. Tertia fuit enim completens poenam, nempe aeterna damnatio, et exclusio a regno caelesti, de qua dictum est Math. 8[12]: *fili regni efficiuntur in tenebris exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.* Iac. 13 [28]: *cum videritis Abraham, Isaac Jacob, et omnes prophetas in regno Dei vos autem expelli foras.* Percussit ergo terram verbo comminationis.

12. Dices, quae parentin haec est? parum enim videtur comminari. Dico: atud homines parum est, quia saepe minantur ea quae inferre non possunt, et, quamvis inferant, parum est, quod possunt inferre malum. Christus autem, quae comminatus est, inferre potest, et gravissima sunt mala, et quae non poterant inferri nisi ab infinita potentia. Quis potest inferre aeternam poenam, nisi Deus, et quae potest poena illi conferri? Math. 10 [28]: *nolite timere eos, qui occidunt corpus, eum timide qui potest animam mittere in gehennam.* Quae potentia poterat hodiernum immensam multitudinem superare? Nisi divina virtus adfuisse contra iudeos, nunquam romani eos tam facile et tanta strage devastassent. Mira ergo potentia regis Iulius est, quia quae

examinatur, inferre potest, et quae comminatur, nullus homo, nec angelus potest efficere: qui non infirmis hominibus, sed principibus et principibus comminatur et eos punit. *terribilis, qui auferit spiritum principum, terribilis opus reges terram* [Ps. 75, 12 ss].

13. Tertius modus, qui percussit terram notatur a HESONVMO⁷¹ est percussio separationis, de qua dicitur Math. 10 [31 ss] *veni pacem mittere in terram, sed gladium; veni separare hominem a deo patrem suum, et filium a matre suam, et nurum a socrum suam. Qui inventit animam suam, perdet illam, etc.* Mira est separationis huius efficacia. Vultis hoc videre? perpendite fortē coniunctionem amoris humani. Nimirum filius amat patrem et contra, amat rem suam, honorem suum, vitam aetheream suam: quis poterit haec dividere? Christi verbum et praedicatio accedit et dividit, ut propter Christum homo relinquat patrem, matrem, amicos, rem honorem, vitam propriam. Fortissima est percussio et acutissimus gladius separationis. Hebr. 4 [12]: *vivus est terribilis Deus et penetrabilis omnis gladio ancipiti, pertinens negque ad divisionem animae et corporis, compagnum quoque et medullarum.* ORIGENES libro 2 contra Celsum in fine⁷² in hoc divinam potentiam Christi agnoscit, qui tantam multitudinem potuit suis affectibus deditam et confunditam ad se convertere et ab affectibus propriis separate.

14. Dices: quare haec percussio dicitur? Respondem, quia dolorem incutit: nam quamvis homines relinquant sibi carissima propter Christum, tamen a principio quando imperfecti sunt, aliquo dolore afficiuntur in privatione, donec dilectione spiritus implentur. Sic ATENASTRUS libro 1 de sermone Domini in monte cap. 4⁷³ exponit illud Math. 5 [5]: *bredi qui ingent, nimicrum in separatione ab his quae sibi cara sunt propter Christum facta.* Regia etiam si dolore afficiantur, non tamen ab affectu encum vincuntur, quod egregie GREGORIUS libro 7 Moraliū capite 14⁷⁴ docet interpretans illud i Reg. 6 [10 ss]: quando philistium

⁷¹ O. c. lib. 4^o c. 10. 335. PL 24, 350.

⁷² C. Celsum lib. 2^o c. 29: PG 11, 947: dan. GCS 2 (Origenes Werke 1. BHL) p. 201.

⁷³ De sermone Domini in monte secundum Mattheum libro duo. PL 34, 1235.

⁷⁴ Moralia in Job lib. 7^o c. 30. PL 75, 291 (es el n. 74 de Recensores).

[Fol. 109v] arcam domini remiserunt per viam Bethsames, tulerunt duas vaccas quae lactabant vitulos, et concluserunt vitulos, et illis imposuerunt arcam; vaccae autem ibant mugientes et pergentes, non declinantes ad dexteram nec ad sinistram. Isti sunt iusti homines qui privant se suis voluptatibus et rebus sibi caris, ut Domino inserviant; mugunt, quia dolent in privatione, tamen pergunt madata Domini exsequentes. Recte ergo percussio dicitur haec separatio.

15. Hanc percussionem Dominus incepit in terris verbo suo facere et exemplo. Verbo suo, quia apostolos separavit [Mt. 4, 19 s]: *venite post me; illi, relicitis rebus et patre, secuti sunt eum.* Separavit a rebus suis, separavit a parentibus, separavit ab huius saeculi rebus, nam propter Christum odium, persecutionem, iniurias iudeorum patiebantur. Exemplo etiam suo, quia hodierna lectione evangelica²⁵ separationem fecit, per triduum puer duodecim anorum, ignorantibus parentibus, se abduxit, futuram hanc abstractionem per suum evangelium significans exemplo et verbo [Lc. 2, 49]: *in iis quae patris mei sunt, oportet me esse.* Nec defuit dolor in hac percussione: *ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.* Quis poterit tanti dolonis magnitudinem exprimere? nec credere debemus Christum ipsum non sensisse dolorem; imo maiorem, quia maiori dilectione amabat, quam amabatur, et, sciens illo triduo dolorem matris et Ioseph, mirum in modum compatiebatur. Si enim videns viduam flere, et sciret filium statim suscitandum, adhuc misericordia commotus est, et videns lacrimas Marthae et Mariae et iudeorum flevit, quanto putatis dolore affectum sciens dolorem matris inexplicabilem? At ita oportebat fieri, ut suo exemplo firmaret, quod dociebat, et quod docturus erat gentes per suum evangelium. Percutiet ergo terram virga oris sui, non isolum reprehensione et comminatione, sed separatione etiam.

16. Has tres percussionses ipse verbo suo incepit, sed ascendens in caelos per apostolos prosecutus est mirabilis potentia et efficacia; percusserunt enim terram apostoli verbo evangelii et adhuc percussio perdurat in multis. Primo quidem reprehensione, de qua dictum est Ican 16 [8]: *ille, cum venerit, arguet mundum de peccato.* Mirabilis reprehensio fuit haec per apos-

25. Se trata de la Dominica 1.^a después de Epifanía.

tolos facta, qua orbem pervagantes praedicarunt omnes esse in peccato et a via iustitiae aberrare, sive reges, sive subditos, magnos et parvos, sapientes et insipientes, et denum omnes cuiuscumque conditionis, aetatis et sexus, neminemque liberari posse, nisi per fidem Christi. De hac reprehensione generali dicitur Rom. 3 [9. 12]: *causati sumus omnes sub peccato, esse, iudeos et graecos, sicut scriptum est: omnes declinaverunt, inutiles facti sunt.* Et mira efficacia tot gentibus et populis id persuasisse, de qua praedixit Isaías capite 2 [4]: *iudicabit gestes et arguet populos multos.* Terra ergo percussa est verbo et doctrina Christi.

17. Secundo comminatione percussus est mundus iuxta verbum Domini, Mc. "ultimo [16] qui non crediderit, condemnabitur. De hac percussione inquit Paulus Rom. 1 [16]: *non erubesco evangelium; virtus enim Dei est in salutem omni credenti iudeo primum et graeco.* Subdit aliam causam [18]: *revolatur enim ira dei de caelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum sorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.*

18. Tertio percussus est mundus separatione admirabili. O quæ divitias, honores, parentes, vitam et sanguinem proprium, quibus erant coniunctissimi, longe a se proiecerunt, ut Christi fidem et mandata reciperent! Quot etiam modo relinquunt sibi carissima et in monasteria se recipiunt, abnegatis omnibus! Vere profecto percussa est terra, de qua paulo inferius dicit Isaías [11, 6]: *habitabit lupus cum agno, et pardus cum haedo accubabit; vitulus et leo et ovis simul morabuntur.* Quid hoc est? [Fol. 110r]. Non aliud profecto quam hominum affectus ita esse immutatos, ut habeant pecunias et honores, et tamen non comedant eos, quibus prius vescabantur, sicut lupus manet cum agno, quem antea devorabat; quia sic faciunt^a ut non collocent affectus in eis; habeant multi occasionem peccandi, et suas voluptates et desideria explendi, et non expleant, habeant cibos et non comedant propter evangelium. Percussa igitur terra est percussione verbo oris Christi per apostolos in mundum deportato^b.

Et spiritu labiorum suorum interficiet impium.

21. Hoc est alterum quo regis potentia significatur. In quo

a Ms. Mach

b Lectura probable

c Los nn. 17º y 20º están roscados por el mismo Toledo

tria sunt explicanda: quis est iste impius, et quae iniquitatio, et quis spiritus habetur. Quantum ad primum, adverteamus est in Scriptura quadripliciter accipi. Primo generaliter propter quiscumque peccatore. Omnis enim peccator generaliter dicitur impius. Ezechiele 3 [18]: *si dicentes me impio, morte morieris, non annunciareris ei, ut avertatur se a sua via inopia, et vivet, impius in sua iniquitate morietur.* Ezechiele 18 [23]: *annquit voluntatis meae est mors impiorum et latet si impiorum operis potuituram.* Rom. 5 [8]: *Christus secundum tempus pro impiis mortuus est.* Rom. 14, 5¹: *credenti in eum, qui iustificant impium.* Sunt multa humanitati testimoniorum.

22. Est autem notanda causa cuiusdam peccator dicitur impius. Pietas enim est quicquid virtus, quae excitat affectum ad diligendum et benefacendum nobis coniunctos secundum carnem, ea ratione, quia coniuncti sunt; inde est pietas erga parentes, qui sunt nobis coniunctissimi, erga cognatos, erga proximos; et qui coniunctos non diligit, eisque malefacit, impius dicitur. Inde translata est erga Deum. Pietas enim est erga Deum, quae excitat ad affectum erga eum, qua ratione noster est pater, vincens omnem sanguinis coniunctionem; nam Deus sic nobis dedit esse, ut totum esse dederit; curans illud perpetua conservat, non ut patres, de quibus dicitur Psalmo 26 [10]²: *pater mens et mater mea dereliquerunt me. Dominus autem assumpsit me.* Continuis enim monitis nos conservat et bona inquietum: pietas ergo est affectus erga Deum, ut noster est pater et auctor. Quia ergo omnis peccator, non se gerit erga [Fol. 110v] Deum ut oportet erga patrem, ei non obediendo, legem eius transgrediendo, honori illius non consulendo, dicitur impius, generaliter tamen vocabulo sumpto.

23. Secundo enim modo sumitur particulariter, quo non omnis peccator est impius, sed ille qui peccat contra ea quae Dei sunt, quia non sentit de Deo ut oportet, non loquitur ut oportet, nec colit eum ut oportet; sic idolatræ, infideles, pagani, iudei, haeretici et blasphemi dicuntur impii, quamvis diversis gradibus iniquitatis. Iuxta hanc significationem non omnis peccator impius est, ut constat Psalmo 1 [5]: *non resurgent impii in iudi-*

¹ Ms 29

² Ms 10

cio, neque peccatores in concilio¹ instarum et [1] deus vir, qui non abiit in consilio² impiorum.

24. Tertio modo accipitur particularius pro quadam homine dicto impio per quandam autonomasiam inter homines, quia ilius impietas superat omnem hominum impietatem, et hic est Antichristus, de quo ² Thessalonicens. ² [8]: *cum revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, ubi legimus nos: ille iniquus, quidam legunt impius ille, graece ἀσεβές, exlex.* Hic dicitur impius per excellentiam, quia non solum non sentit, loquitur, aut colit Deum ut oportet, sed quae sunt Dei sibi usurpat ² Thessalo. ² [4]: *revelatur homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur adversus omne, quod dicitur Deus aut christus, ita ut sedeat in templo, ostendens se tamquam sit Deus;* impius igitur per quandam exsuperantiam inter homines est.

25. Quarto modo dicitur impius simpliciter et absolute, et hic diabolus est. De quo Psalmo 16 [13]: *exsurge, Domine, praeveni eum, supplantu eum, eripe animam meam ab impiis.* HIERONYMVS, epistola ad Sunniam et Fretelam²⁶, hunc locum interpretatur de diabolo, qui impius dictus est. Hie enim habet quandam gradum impietatis super omnes homines, quia homo peccat quidem et offendit Deum, sed non peccat, ut offendat Deum; at diabolus omnia mala quae facit, eo facit, ut Deum iniuria afficiat, quae impietas est summa et abominanda.

26. His suppositis quaerimus, de quo impius sit hic sermo. THEODORITUS ² Thessal. ² ²⁷ interpretatur de Antichristo eo motus, quia ibi Paulus usurpasse videtur verba haec de eo [8], *revelabitur, injuriet, ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui.* At revera dura est expositio, cum omnia praecedentia et sequentia verba de adventu priori Christi intelligantur. Accommodatior est CYRILLI²⁸ et HIERONYMI²⁹ expositio accipi hoc in loco impium pro diabolo.

27. At quae est intersectio haec? certum enim est non esse

¹ Ms. consilio

² Ms. concilium

²⁶ Epist. 106 n.^o 8. PL 22. 841 CSEL 55. 229-231.

²⁷ Interpretatio epistolae II ad Thessalonicenses c. II. PG 82. 605.

²⁸ In Isaiam 11, 4. PG 70. 319-320.

²⁹ Commentariorum in Isaiam lib. 4^o c. 11. 388. PL 24. 150.

interfectum dialethum, quantum ad substantiam, quia inmortalis est, et permanebit in aeternum. Dico duplum esse interfectionem. Una est, qua electus est a corporibus hominum, quae multum ante adventum Christi possidebat, et de hac interpretatur CYRILLUS⁸⁰. Christus enim verbo suo expellebat daenocia innumerabilia, virtute et potentia sua divina, qua electione usus est ut argumento se esse verum Christum Luc. 11 [20]: *si in dito Dei eiicio daenonia, profecto pervenit in eis regnum Dei.* Selenus enim interfectionem appellare, quando aliqua gravi displicentia alium afficimus, et quando virtutem et potentiam eius enteravimus.

28. Altera est interfectio, qua electus est a suo regno et imperio, quod habebat in animas, et sic HIERONYMUS⁸¹ exponit, quam Christus incepit et per Apostolos et successores eorum prosecutus est. Eiecit enim a populo gentium diabolum, idolatria et peccatis expulsis et conversis hominibus ad se, de qua [Fol. 111r] interfectione habetur Psalmo 9 [6]: *increpasti gentes et perit impius.* Haec duo respondent duobus praecedentibus, *increpasti gentes, percutiet terram virga oris sui, perit impius, interficiet impium spiritu labiorum.* Etsi enim manet nunc impius, manet ad exercitium et ad victoriam nostram contra eum, nec habet vires, quas olim habebat, vincit enim volentem vinci.

29. Sed quid est *spiritu labiorum?* non enim dicitur verbo suo, sed *spiritu labiorum suorum.* Spiritus labiorum est flatus; interficere spiritu labiorum est interficere flatu, sicut lucerna flatu extinguitur, quod propter metaphoram et propter prophetiam dictum est. Metaphora in hoc est posita: flatu lucerna extinguitur hoc modo, quia flamma illa durat et nutritur humido extracto ab oleo, vel ligno, vel aliquo unctuoso; qui flat, removet illud humidum vel illam exhalationem, et sic perit flamma, quia nutrimentum auferunt a quo pendet. Optima metaphora. Christus interfecit daemonem auferendo peccata hominum, quibus regnum et imperium daemonis sustinebatur et alebatur; convertit hominem ad se, et sic mansit daemon destructus. Ioan. 12 [32]: *omnia trahunt vel me ipsum.*

30. Prophétia in hoc est, quia Christus, per potestatem datam

80. In Isaiam. 146 70, 319-320.

81. Comment. in Isaiam. lib. 4th c. 11. 33. PL 21, 150.

hominibus remittendi peccata, vicit et eiecit diabolum ab imperio in homines; non enim aliis armis efficiendus erat, quam hac potestate, qua remittitur peccatum et donatur Spiritus Sanctus; hanc insufflando dedit, Ioan. 20^a [22 s] *insufflavit in eos, et dixit: accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Propterea dicitur *spiritu labiorum interficiet impium.* Profecto magna potentia tantum hostem vincere et expellere, et tam facilis instrumento¹.

[Fol. 112r] ET ERIT IUSTITIA CINGULUM LUMBORUM PIUS

Concio 7

P

Ornamentum regis huius proposita et sequenti sententia describitur. Est autem in hebreis unum et idem vocabulum, quod latine dicitur cingulum et cinctorium, apud hebreos 7:17 quod diversis adiunctis diversa cingula significat, sicut si latine diceremus cingulum lumborum seu laterum et cingulum renum. Cingulum lumborum est cingulum militare, latine balteus, habens ad latera pendentia quadam, quae censem sustinent, id circa dicitur cingulum lumborum seu laterum. 3 Reg. 2 [5]: *posuit cromorem bellum in balteo suo, quod erat circa lumbos suos.* Cingulum autem renum est quod communiter est in usu, pacis etiam tempore. Rex igitur hic habebit balteum militarem, et cingulum etiam pacis. Cingulum militare erit iustitia, cingulum pacis erit fides.

2. Venit ergo Christus et bellator et pacificus, sic praedictum est per prophetas Isa. 8 [3]: *voca nomem eius: velociter spolia detrahe, festina praedari;* Isa. 9 [4]: *ingum oneris plus et virginem humeri eius et scutum exaratoris eius superasti sicut in die Madiam;* Ieremias 20 [11]: *Dominus mecum est quasi bellator for-*

¹ Ms. 20

² La mitad siguiente del folio está en tinta y la otra en blanco

tis. De pace etiam dicitur Isa. 9 [6]: *vocabitur nomen eius principis pacis*, ubi etiam habetur nomen *fons*, quod est belli, et ibidem [7]: *pacis non erit finis*. Bellum enim gestum est contra iudeos: diabolum, mortem et peccatum, et victi sunt. Pax est nobiscum facta, quia ⁱ pacificavit nos cum Deo Luc. 2 [14]: *in terra pace hominibus*; habet ergo cingulum belli et cingulum pacis. Talis est vita justi. oportet bene agere, quod pacis est, et contra tentationes et inimicos interiores et exteriores pugnare, quod est belli spiritualis. I explicemus primum.

3. *Iustitia Christi duplex est*: una qua parte iudex est; sic est iustus quia iuste iudicat iniquumque secundum opera sua. De qua 2 Timotheum 4 [8]: *reddet mihi iustus iudex*. Altera qua in se iustus et sanctus est, ut redemptor et homo de qua 1 Petr. 3 [18]: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniquis*. Non est de priori sermo; hoc balteo vletur in 2^a adventu, quando venerit iudex. De posteriori est sermo. Haec est quae cingulum dicitur lateroni, seu lumborum Christi, Patri nostro gratius et acceptius fuit ut homo et in eo iustus fuit et est. Haec dicitur iustitia etiam in nobis, quia ius est ad aliud, quod iustitia indicis exigit reddi. 2 Timoth. 4 [8]: *corona iustitiae, quam reddet mihi iustus iudex*. Iustitia ergo in Christo, qui meruit et obtinuit a Patre nostram redemptionem. Haec iustitia Christi *tacita* est, ut exceedat omnem institutionem creaturarum: nam ut probe dicit DAMASCENUS libro 3 de fide c. 22⁸² non erat Christus ut homo gratus Deo per solam gratiam infusam, sed per unionem ad Verbum, a qua illa, ut a fonte, procedebat; quod et Pater ipse significavit Math. 17 [5]: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Nota quasi causam complacentiae esse quia Filius erat, ut enim dicit DIONYSIUS, cap. 2 de divinis nominibus ⁸³, sicut Christus deus et homo, ita eius operationes theandricae, id est, deiviriles. Ergo ita etiam iustitia eius deivirilis. Quod in Ioco Matthaei 17 [5] indicatum est; nam nota illud *bene*. Aliud est enim sibi compladere in aliquo, aliud be-

i Ms. qui

82. o r. PG 94, 1088, 1089.

83. En el sitio indicado por Titoelro no se encuentra alusion a las operaciones deiviriles. Si en la Epistola IV a Cóni Monacho PG 9, 1092 C.

ne complacere. Complacet in aliquo, cum illud placet et gratum est, etiam si habeat aliqua quae non omnino placent; at bene complacet in aliquo, quando illud est omni ex parte et omni perfectione perfectum. Complacet Dto in iustis, at non bene, quia aut aliquid habent, quod non placet, aut non ita divinam voluntatem iuident, cum possint esse gratiore. At Christus omni ex parte placuit. Psalmo 110 [2]: *magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.* Nota in *ante* *voluntates eius.* Solet aliquod opus homini placere, sed suet aliqui ita exquisiti gustos, ut semper aliquid desiderent; ita et Dns. At Christus in omnes voluntates eius placuit; ista iustitia, ista innocentia est, quae fuit cingulum laterum eius. Haec etiam magnitudo iustitiae notatur ibi: *fumis horum.* Nemo hominum in lumbis habuit iustitiam. Rom. 7 [25]: *meum seruum legi Dei, carnis legi peccati.* At Christus meum et carnem, ratione et appetitu.

4. Haec iustitia fuit iuxta tres voluntates Patris, quas solus ipse efficeret potuit. Primo quidem Pater aeternus voluit satisfieri sibi; erat enim creditor hominis, quia iniuriam accepérat ab homine et satisfactio ei debebatur, a qua facienda erat homo ita elongatus, ut non scilicet illam facere nequeret, sed nec pro beneficiis acceptis gratias sufficientes agere posset. Erat etiam Pater iratus contra hominem, et sententiam proutulerat contra leum aeternae mortis. Venit Christus, filius Dei in carne, et haec sua iustitia mirabili efficit hanc diu, ut Patri pro nobis delitam satisfactionem exhibuerit sed eum placatum nobis reddiderit et chirographum sententiae deleverit. De priori Rom. 3 [25]: *quem proposituit Deus propitiacionem per fidem in sanguine ipsius ad [Pol. 112v] ostensionem iustitiae suae;* de posteriori Colos. 2 [14]: *ad eum quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit del medio affigens illum cruci, et Ephes. 2 [16]: faciens pacem ut reconciliet omnes in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicities in semetipso.* Hinc intelliges illud i. Ioan. 2 [1]: *si quis peccaverit, auctoratum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.* Quae est haec conexio: *si quis peccaverit, auctoratum habemus iustum?* Ergo si iustus est peccantes non defendet, sed puniet. Non de hac iustitia loquitur Ioannes, sed de ea qua Christus fuit ita Patri gratus et tantae iustitiae, ut pro nobis satisfecerit, nobis veniam obtigerit; propterea subdit [2]: *et ipse est propitiatio*

pro peccatis nostris. Ecce iustitia. De hac dictum est Isa. 62 [2]: videbunt gentes iustum tuum, et cuncti reges inclitum tuum.

5. Secundo voluit Pater daemonii condemnationem, unde hac iustitia effecit Christus ut homo liberaretur a daemonis potestate iusto iudicio; quia enim tentant: daemoni homo acquievit, iusto Dei iudicio traditus est in eius potestatem. Potuit Deus eripere huminem ab eo imperio et dominio, quia Dominus est omnium, et potestate, quia omnia potest; noluit, sed sicut iuste traditus fuit homo daemoni, ita iuste privatus est daemon potestate tradita in eum. Hac effecit iustitia Christi, ut explicuimus in quadam praecedenti concione. Si enim Christus non sic iustus esset, sed sicut unus ex hominibus caeteris, non transilisset daemon suam potestatem et terminos suae iurisdictionis in eum perseguendo; at nulla iustitia Christi ea erat, ut nihil daemon haberet contra eum, propterea in eo daemon iniuste egit, et privari meruit potestate data contra homines. Ioan. 14 [30]: *venit princeps mundi, et in nos non habet quicquam.*

6. Tercio voluit Pater nostram iustificationem. Hac eadem iustitia obtinuit, ne nos soli: liberaremur a potestate daemonis, non solum sententia contra nos deleretur et debita satisfactio solveretur, sed etiam ut nos iusti efficeremur et grati Deo et digni vita aeterna; nam prouerunt duo priora fieri absque hoc, si homo maneret extra potestatem daemonis, Deo autem non inimicus nec debitor ore decente perpetrato; at adiunxit tertium, ut nos etiam iustificati essemus tecum Deo, grati ipsi et filii Dei effecti et haeredes vitae aeternae. Rom. 3 [26]: *ut sit ipse iustus, et iustificans eos qui sunt ex fide Christi;* 1 Cor. 1 [30]: *factus est nobis iustitia, sanctificatio et redemptio;* Isa. 62 [2]: *propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius et salvator eius tanquam lampas accendatur.* Dicitur iustus Christus splendere et lampas accensa, per splendorem et participationem Iucis et iustitiae sue [quam] in nos diffudit efficiendo iustos et sanctos. Merito ergo iustitia est cingulum lumborum, quia per hanc contra inimicos nostros haec omnia fecit.

7. Obiciet seu interrogabit aliquis: si iustitia haec est balteus eius, quis fuit gladius seu ensis? nam balteus sustinet ensim, non autem est ipse ensis. Merito hoc quaeritur, nam ensis et gladius Christi fuit potentia divinitatis eius. Hac potentia potuit per se

sola⁴ uti siue ulli balteo, nam absolute ppterat condonare omnia
 pertata hominum et liberare a captivitate daemonis et pacificare
 nos sibi gratosque facere, et vitam aeternam dare, et si homo factus
 non esset; ut homo etiam factus, idem potuit. nam non minor
 est facta potentia divinitatis propter carnem assumptam: at no-
 huit; sed haec facere placuit per modum satisfactionis et iusti-
 tiae, et non tantum per misericordiam et potentiam: hac de cau-
 tentiae sume [voluit] restringere et ligare balteo, quod fuit mi-
 randa potentiae et virtutis, et cum dæ-[**fol. 113r**] more et con-
 tra inimicos pugnaturus noluit anse evaginato nec adhuc vagina-
 tru pugnare, sed etiam in balteo posito iustitiae, ac si quis nobilis
 et vir fortis designaretur contra rusticum insolentem gladium
 evaginare, sed cum vagina et cum pendentibus baltei simul illum
 percucit et vincit, sic contra inimicos nostros fecit Christus: pu-
 tentia sua in vagina humanitatis et in balteo iustitiae restricta
 ens omnes vicit et superavit, et honori Patris constituit, ut ei fieri
 fieri satisfactione tanti debitum et cederet in horum gloriam ut dicere
 possit: nobis quidem ablatum est debitum, non absolute per con-
 donationem, sed per solutionem, quia homo inventus est qui pro
 omnibus solveret, nimis ipse Deus factus homo, et creditor ipse
 indirens naturam debitoris et in ea solvens. Erit ergo iustitia
 cingulum humborum eius.

8. Hoc principes terrae debent imitari: habent ensem, qui est
 potentia temporalis, quae est in principibus temporalibus, et spiri-
 tualis, quae est in spiritualibus. Acutissimus et fortissimus hic
 gladius est, ut ipsa experientia docet, sed opus est eum habere in
 balteo iustitiae. Solet balteus duas partes habere, superiorum et
 inferiorem, quibus ensis appenditur, quae significant iustitiam
 ad proximum et iustitiam ad Deum, quae est religio. Potentia
 principum in hoc debet esse balteo. Dulendum tamen est quod
 principes gladium potentiae non in balteo iustitiae, sed in balteo
 propriæ utilitatis, voluptatis, humani respectus, et aliquando in
 balteo iniuritatis et impietatis habent, dum potentiae gladium
 pessime exercent, et si aliquid iustitia faciunt, imperfecte quidem,
 sicut illi qui habent ensem in una particula baltei.

9.⁵ Ut autem quantum principes teneantur potentiam suam

⁴ Me solam

⁵ Este numero 3 et signante riven in nota marginali: non dictum

secundum iustitiam et religionem administrare, ex officio, dico iustitiam Dei esse valde a nostra distinctam. Dei iustitia est generalissima, quidquid enim vult facere, iuste facit, quia voluntas eius lex est, non habens alium supra legem, et cum sit omnium Dominus, pro beneplacito suo omnia iuste facit: si punit malefactorem, iuste facit, et si non punit, etiam iuste facit, quia Dominus est et condonat, quae sua sunt; nam si quis occidit hominem, quod Dei est aufert, nam ille homo Dei erat, unde condonat mortem illius; denique quidquid facit, iuste facit. At iustitia hominis non est sic, sed habet supra se legem, nempe Dei voluntatem disponentem aut per leges divinas aut per rationis dictamina, debetque homini se conformare, aliter iniuste agit, nec habet pro sua voluntate legem, sed alteri subordinatur, unde non est in potestate eius semper non punire delicta, nec condonare necessaria facta, quia dominus absolute non est.

10. Perpende ergo rem potius tam. Cum Deus potuisset iuste liberare hominem iustitia sua suprema, etiam sine morte filii, sine satisfactione et solutione, voluit tamen servare iustitiam hominum, ut non liberaretur sine satisfactione et sine damnationis culpa et damnatione iusta. Quanto magis homines, et principes debent servare iustitiam, et cingi hoc balteum cum non haberent aliam iustitiam rapi iuste agant, nisi hanc quae eis est imposita! Profecto argumentum est efficacissimum.

11. Artende autem quod gladius principis, qui non est in balteo hoc, scindit quidem, tamen habebatur, et minuitur virtus eius, et alicando rumpitur: quia potentia contra iustitiam exercita, alicando minuitur et perit: quando vero est in balteo iustitiae, scindit, non tamen habebatur, nec perit, sed potius augetur et stabilitur: quia in eo, quod iuste facit, minister Dei est, et Deus est qui scindit per eum, quis autem est qui praevalcat Deo?

[Ptol. 113v] Et fides cinctarum rerum eius.

12. Hoc est alterum cingulum, quod pacis est, quo significantur nonnulla mysteria. In primis nomen fidei non explicit totam significacionem verbi hebraici, nisi multipliciter etiam fides accipiatur. In hebreo est בְּנֵי נָתָן quod quatuor significat, primo fidem et credulitatem, quam auctoribus dictis alterius, qua significacione fidem catholicam dicimus, qua credimus mysteria nobis revelata. Secundo significant veritatem, qua quis vere loqui-

tur dicens verbo, quod sentit mente. Tertio significat veritatem qua quisque sentit ut res se habet, nec decipitur; is enim dicitur *verus*. Quarto significat fidilitatem qua quae promittuntur impletur; qui igitur loquitur ut sentit, *verax* est; qui sentit, ut res se habet, *verns* est; qui implet quod promisit fidelis est et *consans*. Omnia haec vocabulum hebreum significat, et brevitatis causa haec Scripturae praetermitte.

13. Qui dictis suis fidem adhiberi ab aliis postulat, necesse est ipse habeat has tres conditiones, scilicet qui postulat ab aliis *emunah*^a in prima significacione, necesse est ut ipse habeat in tribus significacionibus *emunah*. Sunt enim qui non dicunt ut sentiant, et hinc dictis nemo iure credit; sunt qui dicunt ut sentiant, tamen sope falluntur, nec etiam his iure creditur; sunt qui promittunt et aut non habent animum inviolandi, aut, si habent, inviolabiles sunt, nec his creditur, nec fidetur. Qui ergo fidem postulat, debet cingi *emunah*; et attende non satis esse habere, sed cingi undequaque, sunt enim qui cum aliquibus has virtutes exercent, non cum aliis, aliquando sic, aliquando non: nec enim istis plena iure potest.

14. Attende ergo: Christus Dominus in hunc mundum veniens denuo, quar necessaria ratione non constabant, narrabat, quae non videbantur, promisit quae non erant praesentia, sed futura; idcirco exegit ab omnibus fidem, et credulitatem, *Me. 16. 16^b*: *qui crediderit et baptizatus fuerit. Ioan. 3[20, 29]: beati cui non viderunt et crediderant. Ioan. 1[12]: dedit paternitatem filios Dei fieri, iis qui credunt in eum*^c. Cum igitur fidem ab omnibus postulet et *emunah*, debuit ipse cingi *emunah* et fide indecoraque et perfecte, nempe veritate, veritate et fidelitate; sic enim iure fidei pettit et credulitatem nostram, et iure ei debetur. Talis enim erat ipse: non habebat fidem primo modo, quia videbat Deum et omnia quae docebat mysteria. fides autem est non apparentium: tamen verus erat, quae sentiebat dicebat, *Ioan. 8[55]: si dixeris, quia non scio eum, ero simul vobis memdax; sed scio eum, et sermonem eius scivo, id est, non sum mendax; Ioan. 3[11]: quae vidimus, testavimus; 1 Petri 2[22]: non*

^a Et numerado es del Ms. et così scrive al 1^o y al 2^o vez eminenci *emunah* los redactores

^b Atq. Matr. 28

^c sic

est insensus dolus in ore eius. Erat verus, sciebat, nec falli poterat. Ioan. 14 [6]: *ego sum via, veritas et vita;* Ioan. 8 [14]: *si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est, quia scio, unde veni.* Fidelis est, quae promisit, implet, nec mutatur: Lue. 21 [23]: *caelum et terra transibunt, verba autem mea non trahibunt;* 2 Thessal. 3 [3]: *fidelis Dominus est, qui confirmabit nos et custodiet a malo.* Cum igitur sit verax^a, verus et fidelis cum omnibus creditibus in eum, certior est cunctorum est renum eius. Talem enim esse oportebat, qui cunctos homines ad fidem vocatus erat; id enim mysterium: fidei vocationis insinuat nunc lusce verbis prophetarum, et dum cingulum dicit, generalem vocationem gentium et iudeorum ad fidem significat.

15.^b Alterum etiam mysterium hoc eodem verbo significatur, in cuius declarationem attende esse triplex sponsalitium inter Deum et hominem. Hoc enim nomine dignatus est misericors noster Deus homines honorare. [Fol. 114r]. Quia enim in eam dignitatem provexit homines, ut filios suos adoptionis faceret et beatitudinis haeredes, idcirco Ecclesiam nomine sponsac et se viri ac sponsi nomine appellari voluit, et unionem fidei et charitatis sponsalitium. Altera etiam causa est, quia ut uxor solum virum debet agnoscere, ita Deus solus est venerandus, nemo supra nec aequa ac Deus est amandus, sed ipse super omnia debet complecti. Quod triplex est. Primum celebravit Deus cum synagoga, cum per fidem et dilectionem dedit legem illam mortum, iudiciorum et caeremoniarum; unde illud sponsalitium fuit in iustitia et iudicio: cui etiam dedit promissionem venturi Christi de eius carne et semine, et multa beneficia contulit temporalia et spiritualia, unde sponsalitium fuit in misericordia et miserationibus. Secundum fuit multo perfectius cum Ecclesia nostra, cuius Filius Dei in carne existens sponsus est, Psalmo 18 [6]: *ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Hoc non in lege illa veteri, sed remotis umbris et figuris, celebratur in fide viva et dilectione perfecta. Est autem magnum discrimen, nam illud sponsalitium fuit cum serva, quia iusti in statu legis servi erant, at nostrum cum libera, quia Ecclesia, statu servitutis abiecto, in

^a Ms 1 Timoth 3

^b At margen: applies fidem hanc triplicem principibus: digra enim eis est inter homines exteris quibus est necessaria

^c At margen de este número y de los dos siguientes anotó por dictum

liberlatero est translata, cuius meminit Paulus Galat 4 [31]: *non sumus ancillae filii, sed liberae, qua libertatem Christus nos liberavit.* Figura huic in Abraham, qui nuptias cum libera et cum ancilla celebravit, et ex utraque habuit filios. Tertium est sponsalitium consummatum, quando filii haereditatem accipient, quod est in gloria.

16. Huius triplicis meminit Oseeas cap. 2 [10 s]: *desponsabo inquit, Deus, te mihi in sempiternum; et despōnsabo te in iustitia et iudicio et in misericordia, et miserationibus; et despōnsabo te mihi in fide.* Illud primum est, quod tertio loco posuimus, quod est allorum finis, quasi diceret: decrevi, o ecclesia fidelium, despōnsare te mihi in aeternum in gloria, tamen prius despōnsabo te in iudicio et iustitia, id est, lege data, et in misericordia, id est, promissione Christi, et miserationibus, id est, beneficiis multis, postea in fide per evangelium. Hoc ergo insinuans Isaías dicit: *cinctorium rerum eius fides,* veniet pacificus rex, ut sponsus celebraturus nuptias cum Ecclesia, non in lege, sed in fide evangelica et gratia et sacramentis iratiar, et fidei. Hoc est illud verbum *Emanah,* quod est apud Oseam.

17. Huius sponsalitii cinaedam adumbratio est in hodierno evangelio. Nuptiae celebrantur, quibus interfuit Christus significare volens se esse sponsum etiam, sed non qualis ille, qui invitavit, nec similes iunctiae erant. In his vinum erat imperfectum, et cum hoc defecit, quia lex imperfecta, et adhuc cessavit: at nuptiae Christi perfectae, in quibus vitum multo perfectius et non deficiens, quia evangelium continet gratiam, et non cessabit, ut ei superveniat aliqua alia lex. Hoc etiam est differentia inter bona huius saeculi et spiritualia: gaudia imperfecta huius saeculi sunt et evanescunt, spiritualia solida et perfecta durant.

18. Dices, quidem, quod renes cinguntur, quare cingulum non est ad pectus et matras, sicut Apocalipsi 1 [13]: *præcinctus ad mamillas corona aurea,* sed ad renes? Attende renes significare irascibilem, unde 1 Macchab. 2 [24] dicitur de Mathothia, *contremuerunt renes eius;* et accessus est furor eius secundum indicium legis, et iniurians trucidavit illum. Hoc ergo significatur. unum mirabile: cingitur Christus circum renes ad significandum christianorum tot ac trista secula futura, ut in eos irasci inerte posset, et a sponsalitio recedere, namen non id faciet, sed iram misericordia: *in fidelitate temperabit.* ad Rom. 3 [3]: *stupor in-*

credulitas eorum fidem Dei evacuabit? absit. Ita nunc nulla scelerata facient ut Ecclesiam suam dimittat; iracudetur castigando, sed non repellendo, quia fides et fidelitas cinctorum restituenda eius est. Psalm. 88 [31]: *si dereliquerint filii eius, etc.*

[Fol. 114v] 19. Adverte postremo quod non ponitur aliud ornementum, quam cingulum, ut denotetur divinitatis exsistentia in Christo, et unitae humanitati incomprehensibilitas. Cingulum corpus totum cingit, non tamen totum comprehendit, aut concludit, quia extra cingulum est. Ita humanitas unita toti divinitati erat, et tota divinitas in Christo uniebatur humanitati, non tamen comprehendebatur, quia divinitas est etiam extra humanitatem illam in caelo, terra, etc.; idcirco cingulum est humanitas, non vestimentum cooperiens et comprehendens totam divinitatem, quae incomprehensibilis est.